

Werk

Titel: Ad Emin. et Rev. principem Carolvm S. R. E. Card. Rossett[m] Episcopvm faventivn

Jahr: 1646

Kollektion: Zoologica

Digitalisiert: Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

Werk Id: PPN367611805

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN367611805>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=367611805>

LOG Id: LOG_0128

LOG Titel: Ulyssis Aldrovandi Philosophi et Medici Bononiensis Ornithologiae Liber Nonus. De Avibus Mediae Naturae hoc est, partim quadrupedis, partim avis naturuam referentibus

LOG Typ: unit

Übergeordnetes Werk

Werk Id: PPN367611716

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN367611716>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=367611716>

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

VLYSSIS ALDROVANDI PHILOSOPHI ET MEDICI BONONIENSIS ORNITHOLOGIAE

Liber Nonus.

Qui est

DE AVIBVS MEDIAE NATVRÆ,
hoc est, partim quadrupedis, partim avis natu-
ram referentibus.



DE VESPERTILIONE. Cap. I.

AMETSI Vespertilio non solum à nocturnis, verum etiam à cæteris omnibus avibus ita discrepet, vt non immerito cunctis rei naturalis peritis ha-
ctenus dubitatum sit, vtrum avibus potius, an quadrupedibus annumerati debeat, utrorumque etenim naturam participat. Vnde a Varro :

Quid multa factus sum Vespertilio, neque

In muribus planè neque in volucribus sum.

Car Vesp

ilio iner

Nos tamen cu Ornithologi, & Bellonij exēplo, tū rationibus magis per-
moti, inter aues, & quidē nocturnas ponendū existimauimus. Volat. n. et si cute potius, quam aues de-
pennis, Volare autē solis avibus propriū est. Pennatū esse verò non; cū pennis Vespertilio ca-
40 reat. Binos præterea tantummodò, qui perfecti sunt, more avium pedes habet, eosq; in poste-
riore corporis parte. Nam qui in medijs alarum membranis sunt, singuli digitali, vnci potius
alarum, quād pedes dicendi sunt; Si quis tamen quatuor eum pedes habere contendat, ego
vix illum eorum usum esse dixerim; semper enim aut obuolat, aut ex alarum hamulis, cū à
volatu feriat, parietibus tabulisiē adhæret, aut in humum lapsus, ne repere quidem, nedum
dicam, cursu fugam moliri potest. Vnde nullo negotio capitur. Quare meo quidem iudicio
non tam quadrupedibus, quād avibus annumerandus viderur. In nocturnis verò vel ideo re-
ponendum est, quōd non aliter atque illa noctū tantumvisu, volatu, venatu, valeat, & interdiu Vesperti-
ocetur; Ob hoc tenebrarum commertium, et si alioquin tetricæ, & luridæ, non defuit tamen suo profer-
sua cui placeret, Dea, Proserpina scilicet, Inferni Regis vxor. Illud verò magis mirandum vi pinescer-
detur, humanam rationem eō cæcitatibus dæmonis astu adduci potuisse, vt tam impuram auem, b Ex His.
& que vel ipso aspecū homines terret, adorarent; atque pro numine quodam venerarentur, b Ind. lib. 3.
quod de Indis regni Mexici incolis b Paulus Grysaldis memorie prodidit.

S Y N O N I M A.

ATALEPH, Leuitici vñdecimo exponitur Vespertilio, reptile alatum, vnde pluralis nume-
rus Atelaphin apud Isajā, & capitur pro imaginibus Vespertilionum. Accedit sanè Atelapha.
hęc vox ad Græcā Attelabos, qđ reptile est alatum. David Kimhi interpretatur Ata-
leph m̄ rem alatum, nocte volantem, id est, Vespertilionem b Chaldaeus alibi habet Atalæ-
pha Arabs Baphas. Persa An seb perak, Septuaginta Nycteris. Hieronym. vt & Perach.
Leuit ci vñ tecmo, hic & illi. Sunt qui Vpupam exponunt nomen Hebraicum Ataleph, Nycteris.
quo 1

c Cap. 2. quod non laudo. In c Esaiæ translatione Hebraicè pro talpis legitur peros, pro Vespertilionibus Laatalephim. Abrahæm Esra Cheporperot legit, quam vocem alij disiungunt, & auct. no-
 pro Vesper. tio volantes exponunt. Auiencia Vespertilionem Chafas nominavit. Inde corrupta esse pu-
 rot. to vocabula Cæfæscis apud veterem Auienciam glossographum, & apud Sylvaticum Cæleckio
 dL 2.c.779 vtrumq. pro Vespertilio. Sizarach est lac Vespertilionis, inquit Andreas Bellunensis, quam
 Chafas. ne uerterit Sebperack, vox non admodum differente. Hinc corrupta videntur voces Sceta.
 Sizarach zirach pro Vespertilione apud Sylvaticum. Sceranrach apud eundem, & Scerazirai apud ve-
 c Deut. 14 terem Auienciam glossographum vtrumq. pro lacte, vel urina Vespertilionis. Idem Sylvaticus
 Nuxrepis. albi Alcionetum Vespertilionem esse dicit, nescio qualis lingua. Græcis priscis Nuxrepis à non esse
 Φαλκη quid. dicitur, & hodie νυκτερίδα. Grecia vox Plinius quoq. alicubi vtitur, quamobrem à Leoniceno
 Κρόφεα. tatur, quasi auctor à Vespertilione diuersam putat. Dixit autem Nycterin, vt & Drepanin,
 Nominiis tra- ego Nycteridem malim, & Depanidem, quoniam rectus eorum oxytonus est. Φάλκη Vesychio,
 tio. & Varino duo significat, nempe squalorem in comæ, & Vespertilionem. Rhomphæ Kiranidi est
 f Lib. 13. de Nycteris (quamvis interpres Noctuā reddidit) Νυκτέλων, & φάλκης p. Vespertilio legū
 anim. tuq. apud Philen. Quidam hodie in Græcia Vespertilione γλαύκη, & κακοβάγια nominari scri-
 Cuius gene- psit, quæ tamen alibi rectius Noctuæ attribuit. Vespertilio animal bisforme, inquit Nonius, di-
 risit. Sorex auis. Gum quod vespere se ad volatum preparas noctis, Vnde Ouidius,
 Seminus. Nolle volat, ferog. tenes à vesp. eae nomen.
 Avis non f Albertus paulò curiosius vocis rationem ad singulas usq. syllabas indagat, & Vespertilione
 auis. dictum art, quasi uespere utentem alii. Plinius, Macrobius, & alij eruditæ masculino genere effe-
 runt, recentiores quidam, ut etiam Albertus feminino. Victorinus Vespertilionem auem fori
 cem appellat. Valla semimurem. Sereno periphæsticè dicitur avis tremulis simula qua pellibus
 Nottola. alas. Item in Platonis ænigmate, Avis non avis. Vespertilio Italicè dicitur Notula, uel Notto-
 Ratto pe- la, quam uocem alii Noctuam non rectè interpretantur, eo decepti, quod à nocte derivatum
 nago. uiderent. Alibi Sporteglione, ut Scoppa scribit; alibi Ratto pénago, quasi mus pennatus, seu
 Barbastrel- potius alatus, nempe in Lombardia, vel Barbastrello, vt Bononiæ: item Pipistrello, Vipistrello
 lo. Vilpistrello, qua omnia à Latino Vespertilione detorta videntur, & Sanazarius voce omnino
 Morcego. Latina Vespertilos etiā vocauit. Lusitanicè Morcego, vel Murzegal, id est, mus cæcus. Galli
 Chaule Sou- cè Chaulie souris, vel Souris chauue, quasi calvus forex, vel mus glaber, non quidem pilis, sed
 zis. pennis. Iisdem etiam Ratte pennade vocatur dictio Italica simili. Alter Ratte volage, id
 Flæder- est, mus volans, vel volutius, item Ratte sauvage, id est, mus syluaticus, seu sylvestris. Germanis
 maus. dicitur Flædermaus, qua vox denotat murum, qui inter volandum tremulas alas concu-
 tiendo sonum excitat, licet obtusum. Hoc enim ipsis proprium verbū Fladderen significat. Va-
 Speckmaus. de metaphorico sensu Flædderen sumitur pro garris, diciturq. de his, qui nimia loquacitate
 Vlermyys. importuni sunt, præsertim apud Saxones, & Vbios. Simili vocabulo vtuntur Belgæ, & alij Ger-
 maniæ superioris populi. Nam pladderen dicunt de Anseribus, aut Anatibus, aquam subinde 40
 alis verberantibus, atq. ita sonum edentibus. Alio nomine Vespertilio Germanis appellatur
 Speckmaus, id est, mus latidi, quod laridum lubenter arrodat. Inferiores Germani Vledermu-
 Vlermyys, ys, siue concisè Vlermyys pronunciant, Anglicè à Bal, à Reare mous. Polonicè Metopers. Il-
 lyricè Netopyrz.

GENVS.

Vespertilio an auis, aut quadrupes. **D**E Vespertilione semper authoribus dubitatum est volucribusnè, an quadrupedibus
 esset attribuendus. Quæ lis sanè non aliunde originem duxit, quam ab ipsa animalis
 natura, quæ ita virtusq. particeps est, vt neq. huius, neq. illius generis esse, ad vtrumque
 que tamē pertinere videatur. Expositus ambiguitatem hanc prolixè a Philosophus. Vissimari-
 ni, & Vespertiliones, quoniam ambigunt, illi cù aquatisbus, & terrestribus, hic cù volucribus, & pedestribus,
 a 4 de part. cap. 15. id est particeps, & virorū sunt. Vespertiliones quidē pedes, vi volucres habent, sed vt
 quadrupedes non habent. Cauda etiā cù quadrupedi, quam volucres carent; nam quia volucres sunt, caudam
 da quadrupedes vacant, quia pedes res, volucris; quod yis necessario accedit. habent enim cutanea penas
 nubilæ antē volatiles caudā habent, nisi penna scissa volatiles sit. Genus enī id cunda ex penna eiusmodi cō-
 blu Grypbo. Bat. Cauda vero quadrupedis generis volatili adiuncta vel impedimento eius pennis, pculdubio est b Pla-
 to pterea autē nō autē vocat. Est enī, vt ait Nonius, media cuiusdā inter autē, & murē species, ut vtrum
 alatus aici pessi, & valla nō illepide semimurem vocat. Solus sanè volucrū, & auriculas, & dētes
 deni-

10 denique, & mammae habet. Viuum factum, quem instar quadrupedis parit, statim genitū mam-
mis lactat. Eum quatuor etiam pedibus incedere addit Macrobius, adeò ut cōcludere audeat,
Vespertilionem, et si pellit alis volet, inter volantia tamen habendū non esse. Mīhi verò nul-
lis ingredi pedibus videtur immōne posterioribus quidem, qui perfēctiores sunt. Sēper enim
auerat, aut toto corpore iacet, aut digitis alarum (hos enim digitos potius quām pedes di-
xerim, quod imperfecti sint, & singuli, & veluti vnci alarum) adūcīs, saxis, arboribus adhē-
ret. Vespertilionem ergo, cūm neque quaternos reuera pedes habeat, neque his ipsi incedat
(etiam Aristoteles contrarium asserere videatur) non tam quadrupedem, quām volucrem
esse, quis non absurdē inferet. Volat certè, et si cutaneis alis, itaque nescio quām rectē à volan-
tibus Macrobius eum excludat. Nam, vt diximus, semper aut volat, aut vbi volando fessus est,
vncis illis alarum è parietibus dependet, graditū nunquam. Quare si offendis ad gladium ba-
culumvè de industria in aerem elatum alis, in terram decidat, iam de eo actum est, nec vlla ef-
fugij, aut salutis via supereft, quod pedibus illis se se humo extollere nequeat. Quod si vel tātil-
lum quidem pedibus inniti queat, vt alis libertè agitandis daretur locus, iam nullo negotio in
altū sublatu euaderet. Verū, vt res loquitur, pedes illi inepti sunt, & nullius penē vſus, haud
fecus atque Hitundinibus, quas simili de causa Apodes & Aristoteles dixit. Nam, & pedibus ip-
sæ, licet eos habeant, ob breuitatem tamen, & exilitatem vti nequeunt, immō si in humū forte
decidant, nullo pacto, aut vix subuolare possūt His, & alijs de causis volucris mīhi potius, quā
quadrupes existimādus Vespertilio videtur. Et si enim, vt ipse Macrobius, velut suo blitus, alibi
affirmat, incertæ sit naturæ, quod tamen ad alites propiūs accedit, communis propè omnium
authorum consensus obtinuit,


c L. i. H.
cap. i.

D E S C R I P T I O.


A Ntequam ad particularem Vespertilionis descriptionem veniamus, paucis premonē-
bimus, non vñ esse Vespertilionis genus. Primum enim sexu differunt, quod vel ex Differēt
eo constat, quod more quadrupedum coeant generēt, & mēbris genitalibus pene, & à sexu.
vulva aperte distinguantur. Discrepant quoque, & qui eiusdem sexus sunt, constitutione nō-
nullarum partium diuersa, figura, numero. Quidam murinum caput obtinent, alij caninū po- A partib.
tiūs. Sunt quibus cauda nulla est, aut saltē membrana vndiquaque involuta, vt nostraribus,
immō Europēis penē omnibus. Alijs cauda longa, velut muribus, ultra mēbranas ultimas pro-
tensa, vt in Africa, & Aegypto, nō exterici obseruaūt. Reperiūt quibus quaternæ aures sūt,
quales à nobis in agro nostro Bononiensi viii, & quibus binæ tantū, vt plerisq. vulgaribus, & A colore.
passim obuijs. Denique, & colorum diuersitas eos distinguit. Alios enim nigros, alios fuluos,
alios subalbos, & cinereos videre est. Sed ad descriptionem singularum partium accedamus,
Vespertilio, cuius cūm maris tūnū feminæ iconem dāmus, quem aliquando in agello Anzolæ vulgō dictæ, in Bononiensi agro à rusticis nepotum meorum Alexandri I. V. D. & Iuliani de Grifonis captū obseruaui, erat huiusmodi. In primis quatuor auriculas habebat, quales etiam in Gallia, & alibi reperiiri testatum reliquit Bellonius. Harum binæ superiores quadruplo erāt Aures.
maiores inferioribus, ad similitudinem asininarum, si reliqui corporis proportionem serue-
mus, ita collocatæ vt maiores sua capacitate inferiori, minores infernē includerent, cōderētq.,
parte præsertim posteriori. Caput murino simile; Sed canino quosdam esse Albertus scriptit. Caput.
Rostrum enim omnes ab auribus admodum diuersum erat, rictu magno, amplio admodum, & Rostrum'.
nates instar vituli. In oris sinu dētes habebat vīgintiquatuor, in singulis mādibulis duodenos, Nares.
quorum quatuor medij, tām supernē, quām inf. rñē cāteris murium verorum dentibus ante-
rioribus dissimiles erant. His enim duo antici vtrōbiq; oblongi, Vespertilioni, vt in canibus, Dentes.
Erant autem vtriusque maxilla dentes ferrati, teretes, longiusculi, Bellonius triginta quatuor,
decem, & octo in mandibula inferiori, in superio sexdecim se se obseruasse tradit Maxillas tā Maxille.
intus quam foris, pilus oblongus niger obuestiebat. Lingua longa erat, cuiusmodi animalibus, Lingua.
que carnibus viuūt, libera, soluta. Pupillæ oculorum nigrescebant. Mamillas in pectore gere-
bant, vt homo, & elephas, volucrum soli, quibus mox e dirum factum lactabāt. Alia eis mem. Māmille.
branace seu pellitæ, quas vix rectē ob vſum, Aristoteles, & Plinius pennas vocant exangues. Ale.
Incipiebant autem ab armis, & per latera per axillas continuo ductu ad crura vſque ferreban-
tur, eaq. ipsa circumambiebant. Hæ quatuor flexus habebant seu plicas, quas Bellonius articu-
lationes vocat, quibus inter volandum alas dilatant, & contrahunt. Medijs superiorum alarum
flexibus, quos cubitos Albertus nominat, quippe in plures alios deorsum flexus diuariantur,
digituli singuli, vnguiculis hamatis, acutissimis instructi, quibus parietibus se se affigunt, anne-
ctebantur.


etebantur. Videbantur autem in superius alis, quasi rudimenta quadam brachiorum, eaq; nervosa apparere, quae in vincum commemoratum desistebant, quam rem a Ouidius innuit, in quiens;

Mesaz. — *Parvus membrana per artus*
Ala. — *Porrigitur et crenatq; includit brachia penes.*
Color. — *Alarum longitudo vna cum corpore extensa, scilicet dodrantis, & palma erat, latitudo trium digitorum. Color corporis, quod totum pilosum erat instar muris, fulvus.*
Pedes. — *Pedes qui inferiore membra alarum innituntur, atq; è ventre exproprietate, ad caudam latera, bini singulis inquinis digitos diflecti, vnguiculis aduncis instructi, in medio ampli, ac si palmam efformaret, immò vero manu non absimiles erat. Pedes igitur Vespertilionem habere, non negandum est, neque idb Aristoteles ipse negat, si attentè eius verba legantur. Pedes, inquit, avibus additi sunt, cùm alimenti gratia, rùn vi rectè starent, excepto Vespertilio, nam huic foliis opus non erat, cùm ex aere alimento habeat, nec quiese indigeat. Etsi n. pedibus cùm ad alimentum comparandum rùn ad standum non indigeat, nō ideo tamen pedes eum habere negat, quod etiam alibi affirmarat. Ex eodē etiam Plinius fortè ait: *Qui negant volucrem ullam sine pedibus esse, confirmant, & Apodas habere, & Nycterin. Cauda cum quāuis etiam Aristoteles cap. He. 4. rere tradit, (Nam quia, inquit, volucrē est, cauda quadrupedis vacat, quia pedes. Her, volucris, quod ei necessariò accidit. Habet enim cutaneas pennas. Nullū n. volatile caudam habet, nisi penna scissa volatile sit) præterquam quòd nostratis bus Vespertilionibus cauda quadam medijs, atque insimilis alarum membranis sub ventre innoluta est, & ad extremitā earundem apicem exproprietate deatur, ut quæ saltē caudæ vicem, aut imaginē habeat, certè Philosophi argumentū eludū Vespertilioes Africani, quibus caudam longè ultra videtimam membranam protendit. Bellonius oculatus testis, author est, q; in amplissima Aegypti pyramide plurimos se offendisse Vespertilioes scribit, nostris saltē dissimiles, quòd caudā habent, vt mures oblongam, & quatuor digitos extra alarum membranas prominentem,**



Observari sunt
mihi alij Vespertiliones feminæ, & lionis fe-
mas vulgaris forma, quibus binæ munis de-
tantum auriculæ munis de-
neq. ita lõgæ erat, vt superioribus eq;
nigrae. Icones co-
rum mox subinde
dabimus. De harū
situe Albertus Ma-
gnus sic scribit: *e Lib. 23. de animali-*
Quia Vespertilio ac
cedit à naturâ qua
drupeâ, idè habet
auriculas, sicut qua
drupe in superiori
parte capitis sui, nō
homo, et cetera bipe
da aures, velerum
meatus habeat: in
inferiori parte laterali
capitii suorū retò
articulum maxille.
Huius ambæ alæ *Alæ.*
exorrectæ longi-
tudine erant duo-
rum dodrantum.
In hoc mēbri ge-
nitalis meatus ap-
tè conspiciebatur,
ponè podicem. Ma-
rē similiter ex pe-
ne cognoui, eoq;
satis magno, qui
vti canibus foras
prominebat, atq;
tum arrigebatur,
& post hunc uni-
cum tantum foram
retro conspe-
xi. Pili in mare ni-
griores, quæ in fa-
mina, quæ flau-
scit magis, licet ra-
tione ætatis etiam
colorem nonnihil
variare putem, vt
quidam, sub alio
præsertim, fulvi,
alij c. nerei nōnul-
li subalbi appare-
ant. Aures quo-
que mar. nigerri-
mæ sunt. Interior
partiū eadē pro-
sus constitutio est, ierna.
& fur.





& forma in Vespertilione, quæ in terrestri mure, quod Bellonius se re ipsa comperisse scribit.
Quid Plinius sibi velit, dum inquit, Coxendix, huic aut una traditur, equidem non intelligo. Cū enim coxendix sit femoris suprema articulatio, qua crura ventri coniunguntur, seu propriæ illud, cuius cotyledoni caput femoris inseritur in homine, atq. cūm duo crura Vespertilio habeat, non video quomodo duas coxendices habere non sit dicendum, si vnam habere potest.

V I S V S.

a T. I. Pro
blem: 66.

Alexander Aphrodisæus ratione reddit, cur Vespertiliones interdiu parū, de nocte melius videant, atq. ita primū quærit: Quamobr̄ pleraq. animalia videre interdiu queant noctū nequeant. Quoniam (respondeo) spiritum visum accommodatum habent crassiorē, quā ut atq. permeare ad rē usq. vidēnā valeat. Crasse sit enim per noctem, cūm solis absensia refrigetur; extenuatur interdiu beneficio aerti, qui tenni. & calidus e. Feles tamen & hians & Vespertiliones contrā se habent. Cūm enim interdiu frē nihil videant, acuid omnia per noctē conspicūt. Spiritū quādem illum visorū, & tenuissimum, & dilucias somnum habet, ita ut per noctē spectasse possit.

¹⁰ dic, idonius ad rerum conspectum reddatur, per aiem luce præclaras supra modum extensus expansus. Leonis vi.
datur, & euane scat: Quam obrem leones quoq. per solem acutum ingreditur non passuntur; Suni enim a
cie oculorum acutuscula, & ignem interdum idem obeam rem fugiunt; conitatis talentum ligatus acutus esse,
argumento pupilla, qua prefulget, atq. etiam partis humidi oculorum dicitur *fama* eis. Quæ sententia
meo quidem iudicio vera est, & tanto Philosopho digna, quamvis & alii rati iudicare possint, Cet Vespertilio
te Vespertilionem sub noctem potissimum, seu vesperti euolare constat, tanquam solis, & lucis cur Proser-
pitem. Vnde Proserpinæ tenebrarum Principiæ dicarunt Veteres. pingfacer.

V O X.

²⁰ **V** Espertilio exili voce gannitu & latratum canum potius imitatur, quam murium fibi-
lum. Latini proprio vocibulo hanc vocem stridorem vocant, & Vespertilionem stri-
dere dicunt. Vnde author Philomelæ.

Strix nocturna sonans, & Vespertilio stridunt.

Et Ouidius.

— *minimam pro corpore vocem*

Emitunt per agunis, tenui stridore querelas.

Et Isidorus, Vespertiliones non tam voce resonare, quam stridore etiam testatur. Ita *τριχέν* a L. 12. c. 7
Græcum verbum per onomatopæiam confictum, est tenui voce instrepere, qualis est Vesperti- *Tριχέν*
lionum sonus. *Τρύγειν* verò per ypsilonon de Turturum voce alperiuscula dicitur Eustathio, & *Va quia* *Τρύγειν*,
tino testibus. Utitur hoc verbo b Homerus, ubi canit.

b Od. 1. s. 2.

Tal δὲ τριχέν οὐ πόνον.

Ως δὲ τρυγίσπιδες, id est,

— *he autem (animæ) frementes sequebantur*

Sicut autem quando Vespertiliones.

Τριχέν

Ex loco Eustathius: Conuenit (inquit) *τριχέν*, id est, stridor, & tumultuatio quedam animis, arti quod a
culato sermone iam priuatis, itaq. animas in nocturnum locum abeuntes *νυκτερίων* id est, noctis *Τριχέν* &
nis auribus Vespertilionibus Poeta conferre voluit. Deriuatur nomen *τριχέν* a verbo *τρίχειν*, & *Τρύγειν*
propriè stridor Vespertilionum est, aut murium. Vnde *Tρογ'οδύται* Aethy' spes lingua nulla si quid
teri simili videntur, sed Vespertilionum more stridentes *τριχέν* autem dicuntur Herodoto. Pollux *Troglidys*
quoq. *Nυκτερίδας* *τριχέν* autem author est Et Eustathius *τριχέν*, inquit, dicuntur Vespertiliones *tarum vox*
& *auum puli*, & *nix quoq. cùm latis pedibus calcatur*, *τριχέν* eria n est stridere, vel frendere de
tibus præ iracundia. Quia & iugum bilancis aliquando *τριχεῖ*, de quo Poeta alias *τριχεῖ* dixit, *Elephantis*
teste Eustathio. Invenitur etiam de elephanti voce verbum *τριχέν*. Ab hoc non admodum rece *vox*.
40 dit Germanicum verbum, quo idem planè significant, nempe critzen, Germani præfettum in- Critzen.
feriores.

T E M P V S.

E T si nocti vagari Vespertiliones, a Aristoteles dicat, manu & vespere tamen potissimum
volate conspicuntur, vnde etiam Vespertiliones dicuntur, vt author est b Isidorus a 3. H. c. 1.
eo quod lucem fugientes vespertino crepusculo circumuolent, & iuxta Ouidium.

— *Lucemq. perosē*

Nocte volant, seroq. tenent à Vespere nomen.

Hinc Petrarcha.

Son animal al mondo di sì altera

Vista, che contra il Sol pur si difende

Alre però che'l gran tame li offende

Non escon fuor se non verso la sera.

Non negauerim tamen etiam nocte aliquando, licet c Bellonius aliter sentiat, eos tota obuoli- a L. 2. de
tare, & ad nocturnum hunc volatum sub vesperam sese veluti præparare, vt inquit Nonius. Vn *Aub. c. vii*
de etiam parasitus adulandi studio vigilans Vespertiloni apud a Athenaeum comparatur. Si d L. 6.
frigus (inquit parasitus) *sub dia Merula sum*, si ne minimum quidem dormiendum Vespertilio autem
pus, innuens Vespertiliones totam noctem insomnes ducere.

LOCVS.

Pseudola-
byrinthi-
Cretæ.

Tenebras in primis amant Vespertilioes, & loca obscura habitant, ut rimas, cauerne, meatus subterraneos, specus, in quibus, quia nullam admittant lucem, etiam de die, circumvolat, hinc in lapicidina seu Pseudola byrintho Cretæ inter Gnosum, & Crotynam, in quem facibus ingredi necesse est, ducibus incolis, tot Vespertilioes stabulantur, ut nisi quispiam sibi diligenter ab eis caueat, crebro ingruentium eorum volatu faces extinguantur. In lapicidina autem centro magni sunt excrementorum acerui, qui magnam eorum ibi de gentium copiam arguent. Stephanus Vimandus Pigius in Apennini speluncis, atq. cauerne, qua propè Puteolos insigne sunt, aliquot Vespertilionum millia stabulati ex propria inspe-
cione tradit, atq. dum lucem diurnam fugiunt, eò se tanquam in tuta castra recipere. Paro-
eto in Monasterio quodam deserto Misnia in Germania tanta Vespertilionum multitudine esse
dicitur, ut tot excrementorum aceruis multi carri onerari possint. Vespertilioes enim etiā de-
ferta, nihilominus tamen, & adficia Testaq. non silvas celebrant, ut Ouidius canit. Albertus fri-
goris impatiētes esse, hyemeq. latere tradit, haud secus, atq. Vpupam, Miluum, Cuculū, aliasq.
nonnullas aves, quod ipse dormire vocat. Tum enim intra latebras se continent, neq. prouo-
lant, sed loco vno, cuius tempore quodam amico loventur, immoti manent.

VOLATVS.

Vespertilio, etiā pennis destitutus sit, euolat tamen alis pellitis, aut, ut inquit Isidorus,
a Metamor. 4. brachiorum membranis suspensus, quæ huic, & vulpeculae volucrum solis à natura da-
ta sunt. Atq. hæc inexplicabilis illius summi opificis sapientiae pars est, qui etiam
absq. pennis volatum exercere, & per aera sublimes ferri hisce animantibus dedit, alioquin ce-
teris voluctibus pinnarum ope fieri solitum. Itaq. etiā, ut canit a Ouidius,

— Non illas pluma levavit,
Sed tenuere tamen se perlucensibus aliis.
Etenim, ut idem ibidem,
— paruos membrana per artus
Porrigitur, tenuesq. includunt brachia penne.

bConst. mo-
nast. c. 9. Volatum vero, ut testatur D. b. Basilius, agunt indirectum, quippe quirectâ nunquam ferti pos-
sunt ob semper obuersantem timorem, itaq. tortuoso, & incerto maximè volatu huc illuc teme-
rè peterrant, ac circumvagantur, atq. haud ita longè à terra. Vnde fieri videmus, ut ad quod-
uis fortè obstaculum facilimè offendant. Cum autem longa obuolitione fessi se ad quietem
componunt, minimè sedere, aut stare instar aliarum avium solent, verum hamis digitulorum,
quorum rudimenta in medijs alis habent, parietibus, faxis, arboribus, aut cauernarum fornici-
bus se appendunt. Vnde Homerus singit Vlyssen ramis arboris adhærescere instar Vespertilio-
num, siue (ut inquit Eustathius) ad ostendendum robur ramorum, quibus Vlysses grauis a-
lioquin corpore, velut leuis Vespertilio hæresceret, siue quod hæc avis non super ramis ingre-
dis, sed ab eis pendere soleat; versus c Homeri sunt.

Τὰ (ἐπιτρεψ) προσφέρεις ἵχοις, ἀντευτερίς ἐδεπνήσατο
Οὐρεὶς πλέγματοι εἰ μπεδον, οὐτὶ επιζωα.

Hos Andreas Diuus ad uerbum ita transfert.

Huic inborensi se nebar, sicut Vespertilio, neq. alibi poteram,
Neq. infistere pedibus firmiter, neq. ascendere.

dOdys. 2. Proprium etiam Vespertilionum est, ut testatur Eustathius, continuata serie, & veluti catena
quadam inter se cohærent, ut a Homeru etiam canit, vbi animas piotum, quas Mercurium in
iofernū deducere scribit, sibi inuicem conglobari more harum volucrum introducit:

— Τὰ δὲ τρίζουσαι ἐποτοῦ
Ως δὲ ὅτε ευτερίδες μυχῶ ἄντρες δεπεσδούοιο
Τρίζουσαι ποτίσσαι, ἐπει καὶ τις αποπλόσαι
Ο ρυαθέιν πέτρας, ἀνά τ' αὐλάνησιν εἰχονται.

— Hæc autem frementes sequebantur
Sicut autem quando Vespertilioes secesserūt antī magni
Strepentes volant, postquam aliquis cadere fecit,
Multitudine è petra sibiq. inuicem coharent.

Quibus

¹⁰ Quibus verbis Homerus etiam Vespertilioes saxonum, & antrorum parietibus, ut antè diximus, appendere solere docet, quod cùm Bellonius africanus solis conuenire arbitratur, vehe- ^{Bellonij} menter fallitur. Nam & nostrates haud secus, atq; illi, cùm post longam circumuoulationem la- ^{error.} si quietem querunt, statim digitulorum hamulis fese ex muro suspendunt, vt non semel data o- ^{pera} obseruauimus. Sed volatessam Vespertilio, vt Plinij verbis ytar, geminis implexa infans.

C I B V S.

²⁰ **V** Espertilioni in cibatu culices (inquit Plinius) gratissimi sunt, sed & muscae, quas sub nocte circumuoans, inquirit. Vescitur & libentissime carnibus, & laridū, candelas, aliaq; pingua quævis ambit instar murium. Succidiā ē laqueari suspensa, ita nonnum *Cur Specie* quæcedit, vt in excavata scrobe stabuletur proprii alimēti holpes, & incola. Itaq; cam ob cau- ^{manus dicā} fam quibusdam Germanis Speckmauls nuncupatur. Ut igitur non corpore solū cùm extrā, ^{thr.} tūm intrā mures refert, ita in hoc etiam illis similis est, quod ijsdem cibis pinguisbus scilicet omnibus cum ijs delegetur.

F E R I T A S. M O R D A C I T A S.

³⁰ **Q** Vanquam Vulgarium ea quoq; natura esse dicitur, vt nudam ferè corporis partem no- ^{Etū} instar culicum intrepidè inuadant, acri mortu impetant, & sanguinem magna au- ^{ditate ad faciem} scribunt, feritas narratur, rabiei sanè proxima. Ifidorus, & Al- ³⁰ bertus scribunt Vespertilioes in regionibus calidis, nostris longè maiores, & Columbis ma- ^{Casias quo} gnitudine pares, hominum ficies inuadere, ita percutiendo, & vulnerando, vt interdum vel na- ^{colligatur} tes vel aures vel alias partes mutilent. Ita *Casiā* (inquit a Plinius) fabulosanarratis antiquis ^{a L. 12 c.} præceptisq; Herodotus colligi circ a paluas, propugnante vngubus dico Vespertilionum genere ali- ^{19.} gerisq; serpentibus, his commentis augentes rerum presta, b Petrus Martyr in Darien noui orbis b L. 6. dec. regione Hispanos noctū Vespertilionum morsibus plurimis infestatos scribit, & exhausto san- ^{3. Hispani-} guine in vita discrime aductos, immò mortuos etiam quosdam ea tabe compertos esse. Gal ni à Ves- ^{per-} lum item & Gallinam non solū noctū sub dio comprehensos, sed & canes, & catos morsu in- ^{per-} teremisse. Quin & in reliquis, & præsertim Peruana regionis locis, tales Vespertilioes reper- ^{bus infe-} tos scribir, qui in usitata magnitudine, Columbas nostras adæquantes, tanquam furijs perciti, ^{Basti.} homines adorarentur sub primam noctem, ac dico, & morsu virolo ad infaniam propemodum adigerent, ita vt ab his, veluti quod de Harpyis, & aibus Stymphalidibus antiquitas fabulata est, ea loca deferere incolæ coacti fuerint. Verum haud verisimilia forte videbantur ista, sed illud magis mirandum, quod Pompilius Azalius narrat apud Indos orientales regione quadā tam immane Vespertilionum genus grassari, vt illac transfentes alii verberatos in terram fre- ^{quenter prosternat, & multos etiam occidat. Tantæ autem atrocitatis argumenta & fastigia el-} se cadaverum ossa, tota valle passim iacentia.

G E N E R A T I O.

⁵⁰ **V** olucrum (inquit a Plinius) animal paris Vespertilio tantum. Volantia enim vniuersa ^{a L. 10. c.} ex ovis prodeunt excepto hoc, quod, vi Macrobius ait, incerta est naturæ, & forma- ^{61.} tos pullos parit. Quod Vulturem quoq; facere multi, atq; inter eos Volaterranus tur- piter mentiti sunt. Sunt hi, vt à me ruri obseruatum, musculis recens natis similes, glabri planè ^{Vesperti-} & nudi, infantis humani instar, omnibus tamen partibus, & membris suis absoluti. Nam & in te- ^{lionum} gras alas habebant, & pedes in quinq; digitos dissectos, integros, haud secus atq; parens ipse, pulli. Cū autem & solus quidem volucrum, & mammillas habeat, & lac, foetus (inquit Plinius) ^{nurrit} laete admodum vberibus. Nidum nullum construit, sed in quamvis rimam, aut foramen, & præci- ^{Nidus.} pue intra regularū hiatus pullos ejicit, eosq; mox aut è pariete suspētos, aut māmillis adhære- ^{tes lactat.} Admiratione sanè dignares, & à me obseruata, foetus matris vberibus, cū primū enī *Fetus quo* xa est, adē tenaciter adhæscere, vt nūquā ab eis se dimoueri patientur. Quinimò q; amplius *Vesperti-* ^o est, non solū à vulneratæ matris, sed ne à mortuæ quidem mammis auelli poterant, tantum lio enstru-

aberar, ut sponte sua deciderent. Mater verò uno aut altero à partu die, cùm ad pastum euola, re cogitur, satus ab vberibus deponit, ac ex parte suspedit. In quo duplex certè prouide & sagacis naturæ exemplum notare licet, alterum quidem quod cùm duo tantum ei, vt homini, vbera dederit, ita geminos vnico partu, vt plurimum edere voluerit, aliquando etiam vnicum saltem, ne si plures parceret, lactare omnes non posset. Fœcidiioribus enim animalibus vbera multitudini foetuum sufficit, et addidit, in necessarijs non deficiens, vt in superfluis nunquam b. L. 2. de abundans. Alterum non minus admirandum est, quod matrem interim, dum proli nuper natæ aub. c. 2. ob teneritatem metuens, primo vel lecudo die ab pastum euolare prohibetur, secundinas quas vocant, devorare instruxerit, ne si auolaret, illi patrarentur, aut ipsa dum domi manere cogitur, tot partus ante laboribus exhausta, ob nouam inediā deficit. Falluntur ergo, qui nudos pla c. 3 H. c. 1. nē, & nullis obiectos secundinis foetus produci purant. ^b Bellonius enim plures vigenis omnes Quæstio prægnantes in Pseudolabyrinto Cretæ se secuisse tradit, quæ omnes membranis obuolutos de generat. in vtero foetus haberet, eaq. in re, vt, & reliqua interiori corporis constitutione muribus terre- stribus omni ex parte simillimos, c. Aristoteles sanè Vespertilionis vulnus, dum veterum gerit, 20 Vespertilionis acerabula habere scribit. Cæterū de generatione Vespertilionis, apud Philosophos quosdam d. L. 13. c. 6. controvērsia est, ex partium nimis varietate nata. Quærunt enim nunquid generatio hæc, ut 83. vocant, vniuocā sit, an secus. Huic questioni ita satis facere conatur d. Ambrofius Nolanus, suis in Auerroem commentarijs, vbi Vespertilionem, uti & utrum marinum quadrupedem, simul ac pisces; Struthiocamelumq; aven, simili, & bisulciū, non è partum congressu, verum è semine oriri statuit. Eg. enim, inquit, pars, que in tuis diversis apparent, omnes è semine, & in formi corpo- re genita esse comperte sunt. Neq; ratio non cogit, ea, que dicere virtutis marino, Struthiones, & Ves- pertiliones inter seversa genera ambigent, & esse, tdeq; eorum gener actionem ex concursu paritum fieri. Nam paribus nullus actus apparentibus in eorum generatione, in qua in forma semini antecessit, ha- e L. 1. Cos. betur evidenter, hæc animalia, altera ratione, quam partum concursu fieri. Secus sunt Rupium insitio- mocratis. 88. nes, quantum subiecta planta locum terræ, & scrobus, in quā implanteatur, seu in fodatur, tenet. Vtta 30 men hunc ipsum Vespertilionem, sicut & mutes ipsos terrestres ex semine procreari constat, ita nonnunquam etiam è patri materia gigai dubium fortè esse non debet. Vnde subiuncto aliquando magnam utrorumq; copiam ingruere videamus, ut plurimum sanè, quod e Cornelius Gem- ma testatur, ab aeris morbida quadam exceptione. Ita, idem ait, singulis animalibus sua quædam c. 37. est propria, sequebiente tractari possit, nec circumscripti oratione, materies.

ANTIPATHIA. SYMPATHIA.

CIconia, ut a Aelianus, Philes, necnon & Zoroastes scribunt, & Vespertilio inimici sunt. Huus enim cōtractu solo Ciconiae ova steriles sunt, ni platani folijs in nidum imposi- tis fibi cauerit, quæ accedunt Vespertilioni (si credimus) torporem inferunt. Plinius 49 etiam platanum Vespertilionibus adversari scribit, & Africanus, ne Vespertiliones inuolent, ad ingressus omnes platanis folia suspendi iubet. Eosdem idem cum paulò ante citato Zoroastre author est, hæderæ etiam suffitu & odore perimi. Plinius præterea, & formicarum genus esse ve- nenum tradit, quas Solifugas Cicero, ut habet e Dalechampius, appellebat, salputas Boetica, quibus cor Vespertilionis non solum contrarium sit, immo omnibus in uniuersum formicis, unde Noctuæ (li Oppiano fides adhibenda est) cùm formicas à pullis abigere cupiunt, Vesperti- lionis cor in nido habent, tanquam formicæ etiam sui latibula deserant, si quis cor Vesperti- lionis imposuerit. Alis Vespertilionum ad formicarum nidos admotis, nullam ipsarum egredi 50 H. ruit testatur. Locustis quoq; animis putatur Vespertilio. Illas author est d. Democritus, locu- cum subiectum minime transuolaturas, ubi quis Vespertiliones elatiорibus arboribus suspen- derit. Verum ut occultæ huius inimicitiae ratio naturalis assignari non potest, ita nec è contra- necessitudinib; quæ ci cum Columbis intercedit. Didymus enim, qui etiam Geoponica scripsit, 29. cap. 4. per se ueraturas Columbas air, si caput Vespertilionis in peris, summo columbarij fastigio suspe- datur. Cum lumine utru syphathiam, an antipathiam habet, dubium videtur. Illud experien- c. 1. Com. di in Geopo- tia docet, si quis vespertino crepusculo faciem, candelamq; scopis stipitiue impositam, aut gla- dium nitidum & manicatum in sublime eleuet, Vespertiliones ad ea aduolare, & offensos fre- 29. cap. 4. quenter decidere. Hac enim ratione potissimum capiuntur, uel si forte fenestræ in conclave in- Cum locu- volarent, fierietiam potest, vt id accidat, quod lumine clariori oculi eorum cæcificant, hallucin- gatis q; ideò incerto volatu, hanc difficulter in protenum gladium, aut facem impingant atq; ita offensi delabantur.

COGNOMINATA.

Olim multis erant nomina avium. Ita Philosophus Chærephon Socratis perfamiliaris Nycteris non incepte dictus fuisse legitur, vel quia, ut neq; hoc animal interdiu appetet, ita neq; Philosophi, latent enim & Philophantur vel quis nigricantis erat cognitoris cum pallore interfuso, vnde & pyxinos, id est, buxeus cognominatus est, vel deniq; quia philosophia studijs emaciatus, corpore strigofo erat, cum etiam alias esset statuta procula, & gracilis. Vnde natum adagium: Nihil differt à Chærephon, in homines pallidos, & graciles. Talijs enim corporis specie erat Chærephō, vt Suidas testatur. Meminist Aristophanes l' Bīc Aixāp̄ γω καιρού τετρατεις supple l' w ioua, id est, Ibis Licurgos, Chærephonti Vesperilio nomen est. Ve spertilio in viri eruditissimi explicant apud a Iurisconsultos, qui interdiu exilitet videt, non ab acri sit acie, ego potius (inquit b Turnebus) putem eum esse, qui interdiu more Vespertilio nisi latitet, noctū prodeat, quod fugitivos quosdam scūisse olim non dubium est. Ne enim in dominum, vel in notos incidenter, interdiu se abdebant, cum foras exirent noctū, vt Vespertilio nes, alijs tamen in libris vespillo legitur. Reperi in antiquo lexico Vesptilionem esse sepulcrorum violatorem, quem Græci τυμβωχον, quod intelligetur per antiphrasin, quasi non sepe latet, sed nudet, cū Vespillo funerare soleat. In latinogræco Lexico reperi Vispellio, & Vespel lo, ubi etiā exponit ille ρεκρόθατη, hic ρεκρόπεδο, ita ille funerator est, hic caduera portat.

Chærephō
philosophō
Nycteris dī
tius & bu-
xeus.

Nihil dif-
fers a Chä-
rephonte
Proverbii.
a l' qui dece-
A. desolut
Et liberat.
b L. 14. Ad
vers cap 3.
γωνια βαρύ-
zeta.
Vespilloi
Vispellio.
Vesptilio.
ρεκρόθατη
της.
ρεκρόφο-
ρος.

Nyctipor.
flavus.

DENOMINATA.

Lucianus & Nyctiporum fluvium appellari à Vesptilionibus fingit, cumq; præterlabi in-
fumam somni, quæ sola aues procireat, & circa eam vndiq; circumiacere sylvam cuius arbores sint papauera procula, & mandragoræ, in quibus illæ aues sedent.

a L. 2. His.
Veræ.

AVGVRIA. PROGNOSTICA.

Primum augurium, quod Hieroni iuniori Siciliæ tyranno obtigit, fuit hoc. Cum adhuc adolescens de virtute belli periculum facturus esset, Aquila clypeo insedit, & Vesptilio hastæ: illa quidem ex sententia augurum robustum corpore, hic solerter animo prudenter ac regno dignum portendebat. Ita a Fazelius hoc augurium narrat. Ego verò ad a Lib de Si Noctuam id pertinere puto, quia huic à veteribus attribuitur. Superstiosum omnino est quod cilia tradit b Apuleius: Cum penetraverint la rem quempiam sollicitè probenfas foribus adfigi, ut quod in fauillis volatibus famila minantur exitum suis luanti cruciatibus. Quid sequitur, fortè naturalem rationem habet: Vesptiliones vesperi, si citius & plures solito cavernis suis egrediantur signum caloris, & serenitatis erit, postridie futuræ, vt Gratianus fortè ex c Aristotele annotat. contra verò si sese occultant, neq; è latebris prodeant, tempestatem seu nubilū cælū præfigiunt. c De Secre

tis.

Tempesta-
tis signum.
a Commēt,

MORALIA.

Naturæ Vesptilionis cōgruere naturam Diaboli Diuus & Basilius ait, hoc paſto. Die enim illa abiicit homo, abominationes suas argenteas aureas, quas fecerunt, ut adorarent vana, & Vesptiliones, & ingredientur foramina solidæ petræ, & scissuras per trarum à facie formidinis Domini, & à gloria fortitudinis eius, quem resurrexerit, percurete, ratus. terram. Est autem, inquit ille, Vesptilio animal nocturnæ caliginis appetens, versans in tenebris, solis splendorem non ferens, & in desertis locis perlittere conuersatur. Quid autem Dē mones, an non tales nemp̄ vestitatis opifices, lucem eam auersantur, quæ est vera lux totius mundi? Vesptilio & alij prædictum animal est, nec tamē pennis prætervolat, sed membranula carnea per aerenem volatur. Istiusmodi sunt & dæmones, incorporei quidem sunt, nullo accēsi desiderio alij prouolat, sed materialium rerū affixi, desiderijs intabescentes carnis instar conceptionis obduruerunt. Vesptilio animalculum est volatile, & quadrupes, pedum alioqui firmitate non satis tutò fulcit, & infirmi est volatus. Cuiusmodi sunt & dæmones. Neq; enim angeli, neque homines sunt. Illorum quidem dignate non sun perfrui, non item hominum affectu naturam. Dentes habet Vesptilio non item alites aliae. Dæmones autem expeten-

de vindictæ appetentiores sunt, non etiam angeli. Vespertilio nequaquam aliarum avium in star gignit oua, sed animalcula parit ipso partus initio. Tales sunt & dæmones, actutæ & quam ocyfissimæ malignæ sua operationi finem impo nunt. Qui igitur venerabundi procidunt dæmonibus, allegoricè dici possunt Vespertiliones. Quando autem à se vnuus aliquis excusserit in b oras. 3. propriissimam vanitatem idolatriæ, ac desierit procidere Vespertilionibus, tuc volet primum in de amor. gredi cauernas solidæ petræ, ac scissuras petrarum. Cauerne istæ seu foramina petrarum mul erga. Deinde, tas illas mansiones designant, quæ meo arbitratu iuxta analogiæ singulis qui busq. in Christum & proximis creditibus sunt conditinctæ, & scissuræ petrarum passionē innuant corporis eius, nempe eorum. Vespertilio eius perfectione. Item b alibi, sed in pattem bonam Vespertilionum naturam vertit. Cōmouedionum at te quæso (inquit) mutuus amor Vespertilionum qui longa veluti catena constricti inter se co amar. hærent, ne vñquam separationem ac vitam solitariam societate atq. communione praestant. CL. 2. in c. rem esse existimes. Nihil enim est, quod nos ab inuicem se iungat, nisi nosmet ipsos sponte ab 20 11. Louis. alijs semoueremus, & Izychius de Vespertilione ita allegoricè scribit: Circat terram volant Vespetilio pertiliones, ita ut pennis pro pedibus vtantur, quando ambulant, quod indignum est eis, qui cō persilioni templationi dent operam, horum etiam contemplatio proculdubio in terrenis occupatur. Sic bus compa Hæretici omnibus Vespertiliones comparantur, quod scelerum pleni, virtutis fulgentissimū raudis Ha- lumen aspicere, tanquam sole illæ volucres, haud possint, & Ecclesiæ formosissimas partes in renci. tueri & mere circumlustrare. Hieronymus Vida timorem, atrum, & ineluctabile monstrum de d. L. S. Cibis pingens, segregiæ ei Vespertilionis alas tribuit, quoniam timidi non alter atq. hæc avis in tenebris flesce abdant. Canit autem.

Inessa facit, sibi migrantes accommodat alas
Nocturnarum autumq. atros se colligunt artus,
Iamq. emensa via tractus obsecna volucris
Purpurei crebra ante oculos se prehens ecce
Feriq. refertq. volans circum importuna sonansq.
Nane pectus, nunc ora digna enuerberat alis.

M E D I C A .

Ad Scyphum.

A Vicenna Vespertilione ad curadum lienis scyrrhū hoc modo vti iubet. Vespertilionem (inquit) decolla, & arefactum tere, inde propina cum syrupo, & acero, quantum tribus digiti comprehenditur. Aut septem Vespertiliones pingues decollatos repurga, & in vase vitrea accum forte eis superinfunde, & vas late obstruatum infunnum imponere, ut decoquuntur; Tum vase se extracto, & refrigerato, Vespertiliones in aco digitis dissolue, inde propinabis quotidie pondus drachmarum duarum. Remedium enim hoc experimento constat. Ad podagrum eundem a Galenus ad 40 hibere docet, hoc pacto: Vespertiliones tres aque plurales incoquito, deinde hec acogetio: litt semi-nis tristivicias itij oua cruda tria, oles cyathum 1, bubuli Hercorii, ceres utriusq. vñctas itij. Omnia in unum corpus redacta subigito, & cubitus eunus fessu atq. steru applicato. Idem psilothrum conficere docet ex Vespertilionibus, si plures eorum viui in bitumen dimittantur, donec putrefiant. Atq. tum quemcunq. velis locum inungi iubet. Auicenna oleum arthriticis doloribus vti le ita parat. Accipe Vespertiliones duodecim, succi almar macor (hanc herbam esse vulgo S. Iohannis Venetis dictam, vult Bellunensis, at Monachis Melissophyllum) & oleiuuerteris analib. s. aristolochia, cattorei, ana drachmas 4. costi drach. 3 Decoquuntur simul donec consumatur aqua, seu potius luccus herbae, & remaneat oleum Sanguinem Vespertilio nis plurimi authores psilothri vim habere tradunt. In primis affirmat id ipsum c Plinius, sed ma- lis puerorum (quos imberbes esse volumus) illitum non satis proficeret monet, nisi cicuta, semen vel calcantum vt Galenus, etiam postea inducatur. Ne q. enim re st̄ erucia semen apud Pliniū eo loco legitur, quod nihil ad psilothra valet. Sic enim aut in solum tolluntur, inquit, aut non exce dunt lanuginem, idem & cerebro eorum efficiuntur, & antea duplex, robustus & candsadum. Aliqui ad tri- sanguinem eius & secur admiscerent. Ad trichiasin, qua oculi palpebrarum pilis infestantur, Archibius fin: genes apud Galenum Vespertilionis sanguinem alijs quibusdam miscet, vt & Ant. Musa pre d. 4. de cōp. cedenti ibidem capite. Serenus quoq. si te hoc vitium infestet, & pili oculis molesti sint. med. secu- Ergo (inquit) locum crinis vulsi consinge crubre dum loca. Quem dat avis tremulis simulacra que pellicibus alas.

Ad sanguinis vis.

CL. 30. c. 1. Plintus correctus. Ad sanguinem eius & secur admiscerent. Ad trichiasin, qua oculi palpebrarum pilis infestantur, Archibius fin: genes apud Galenum Vespertilionis sanguinem alijs quibusdam miscet, vt & Ant. Musa pre d. 4. de cōp. cedenti ibidem capite. Serenus quoq. si te hoc vitium infestet, & pili oculis molesti sint. med. secu-

Ergo (inquit) locum crinis vulsi consinge crubre

dum loca. Quem dat avis tremulis simulacra que pellicibus alas.

cap. 8. c 2. Eup.

Idipsum Marcellus, Kiranides, alijsq. recentiores ex illis, vt credo, repetunt. Quin & e Galenus alibi psilothrum ex cerebro Vespertilionis, & mulieris lacte componi, & locum inungi iubet. Iaem

¹⁰ Idem tamen è cōtra alibi hanc vim sanguinem Vespertilionis disertè demit, in hæc verba disse-
rens: *Sanguinem Vesptilionis scribunt quidam, si Virginū uberibus illinatur, plurimo ea tempore ab
exuberatione tueri, quod fatum est, velut, & quid enasit sub aliis pilos probhetat, ita quod rectè Xe-
mocrates, sanquā mendaciū calūniatus est. Verū ipse censem ad hunc vsū, aut ealchantum insper-
gendū esse, aut semen cicut æ, atque, vbi hoc factum erit, aut prosum pilos non prodituros,
aut si prodeant, certè lanuginos fore. Leue enim alioquin, & debili effet medicamentū, nisi
cicutæ semen adderetur, quod nempè per se pates, quibus impositum fuerit, haud strenuè
refrigeret. Sunt, qui puerorum pudendis sanguinem Vesptilionis illinunt, credentes tra diu
lucrū his versibus:*

Et volucris simulat tremulus que pellibus alas,

Qua lactat pullos uberibusq; suis.

Psilorum referunt i Ham dare posse cruento

Et gratum quemuis redere Principibus.

²⁰ Julius Alexandrinus tamen sanguine hoc euulso pilos, ne renascerentur, prohiberi posse spe-
rantes, falsos se opinione sua testatur. Sanè ex refrigeratione partis vehementi tale quid posse
contingere non est aratione alienum. Vesptilionis tamen sanguis adeò frigidæ facultatis g Lib. 2.
non est, vt eum id præstare credamus. Nam in toū nullus sanguis frigidus est. In g Auicēna tract. 2.
translatione legitur *vnguentū Vesptilionum prohibere orum plorū, & incrementum māntillarū* cap. 74¹.
rum in pueris, quod falso est. Sed legēdum est sanguinem Vesptilionis inunctum vel illūtū Auicenna
hoc præstare perhiberi. Ut vt sit, alij experti poterū, scio iū ilios viuos Vesptiliones in vas emēdatissimis
*cū cedri infundere, & ad eundem vsū reseruare. Tribūntur etiam similes effectus, sed falso
alharbe sanguini, idest, chamæleonis, & ranunculi viridis, quem calamitem vocat. Aliam medi-
cinā ex sanguine Vesptilionis proponit h Plinii, sed vt ipse facetur, magicam: Etenim, magi,
³⁰ inq, *Vespertilionis sanguine contacto rētre in rotū annū cauers dolorem trahunt. Et s paulo ante; h Lib. 30.*
grauissimum vistū ilicos appetiatur, huic resistit autī, dī, corporis Vesptilionis sanguine, etiā illūtū cap. 7.
ne subvenire. Idē Marcellus Empericus suo testimonio confirmare annitir. Auicēna cerebrū i toū cap.
*Vespertilionis, vt Kiranides sanguinem cum succo Rhamnī, & melle illūtū, ad suffusiones pue-
oculorum commandant, sed nondum planè cōfirmantur. Si mos araneus momordetū iūmena.
ta, fel Vesptilionis (docente Plini) viriliter iāponitur adiecto aceto. Apud Auicennam le-
gitur Scerrazac (Bellunēs restituit) Sizarach, exponitq; lac vel vrinam Vesptilionis ab-
stergendi vim habere, valde calefacere, & curare vngulam, & albuginem. Alij ē contra, ster- Sceirrazac
cori Vesptilionis vim excēcantē tribuunt, & aliquando cor eius, & linguam, hydrophobiam raco
inducere testantur. Vulgo etiam vrina Vesptilionis venenosam quandam, & septicam ha- Sizarach.
bere facultatē existimatur; Ea tamen Ornithologus, sine noxa quosdam aspersos esse scribit. Aa vngu-
Dicit Psellus Platonicus quod Canes, & Corui, & Galli conferunt ad vigiliam, etiam Philo- lam, & al-
mela, & Vesptilio, & Noctua, atque ex his maximē caput, cor, & oculi. Ideo dicunt, si quis buginem.
cor Corui, vel Vesptilionis super se portauerit, non dormitabit, donec deponatur. Idem fa- Stercoris
cit caput Vesptilionis aridum, alligatum in dextro brachio vigilantis. Nam si ponatur super v̄sus.
dormientem, fertur non excitari, donec depositum fuerit. Secundum authoritatem antiquo- Vrina v̄s
rum Vesptilionum combustorum cineres, & Noctua cum vino potandos dabant, si nutri-
cum lac suisset determinatum, vel cūn aqua soluta mammis illinebant: neutrum tamen ego
laudauerim: Importunitas enim hæc stomachum exterminat, & cibum corruptit. Referunt
terum occidentalium scriptores, præsterrim h Perius Martyr in Vraba noui orbis amplissima
provincia maximum esse fluuiū, ex eiusque paludibus Vesptiliones noctū prodire Turturi- k Libr. 4.
bus non minores, & morsū lethali Hispanos infestare, idq; aliquos ex militibus, qui hosce mor- dec. 2.
sus experti sint, testatos fuisse. Quintū quosdam diem ex eo obuissū, tam diram atque atro
cem vim morsū eorum esse aiunt. Antīfus tamen, inquit idem, pr̄tor electus interroganti mibi
de Vesptilionū venenato morsū, resultit se fuisse in se dormentū de Vesptilione demorsū in talo pe-
dis effata ob calorem detectū, nec magis nocuisse, quād si alterius animalis non venenosū dēsibus le-
sus fuisse. Morsus verò Vesptilionis sic venenatus est, sic veneni omnis expers curarit tra-
ditur, vel aqua marina, vel alia calēte, vel cinere tantū feruente, quantū tolerari potest, parte
obuoluta, vel oblita. Rhaisis, qui comedens, inquit, linguā aut eorū Vesptilionis, fugiet poū aque, & Morsus
mortiesur; Curabit qui assūperit eodē modo, quo morsus canis rabidi sanatur: prouocabit in pri. Vesptili-
onis vomitū cū butyro, & aceto, & fundet super caput ægri lac recens: & bezuar ei sunt cancri lionis cu-
fluviales. Traduntur aliae quāplures Vesptilionis ab authoribus facultates, sed superstitione rasio.
Procudubio, ne dicam impie, quas etiam ipse Plinius homo Ethnicus sapere magiam dixit.
Vnde admonitus lector fidem quantum volet, his adhibebit, quæ nos tamen, ne non omnia à
nobis**

nobis recitata quis queri possit, hic subtexere volumus. Huius generis, id est, *magica vanitatis*
 11. 29. c. 4 inquit Plinius, prop̄ videt p̄fūlū, quod tradunt, si ter circū volatus domus Vespertilio ritum per fe-
 Sanguis, inquit, so capite infigatur, amuleum esse, referunt q̄d ouibus circumlatum totes, & pedibus
 Caput, suspensū in superlūmīnari. Magi præterea tradunt Vespertilionis sanguinē collectū flocco, &
 Cor. mulierū capiti imposū libidinē mouere, si Sagittarium Sol, vel Luna permeat, tū Vesperti-
 lionis alas crematas, & oleo tritias febridentibus inungunt. Caput Vespertilionis aridum adalli-
 gatum somnum arct. Atque hēc omnia ex Plinio. Eiusdem caput ex sublimi arbore, suspen-
 sū fugare tradunt locustas. Cor etiam exitum formicarum prohibere tradūt Cardano teste,

V S V S I N C I B O.

a li. 36. Ge- **V** Espertilionem, etiā impurus sit, & non solū lege Mosaica, sed etiā aspectu abominabi-
 og. lis, reperiuntur tamen, qui in cibum admittāt: Et enim a Strabo author est, in Borsippa
 urbe Babiliō, que Mesopotamia coniuncta est, inter Euphrat: conuersiones, maxima ēste
 Vesptilionum multitudinē, qui longē maiores sint, quā quis in ceteris locis capiuntur, eozq; in eum cō-
 dīr. Quin etiam qui historiam Naugat. Orient. conscriperunt, in Insula S. Ioannis Vesptilio-
 nes asserunt reperi, non tantū clavi apertos, verum etiam sapore, & obesitate gratissimos. Eos
 feruente aqua expilant, fluntq; quales apud nos pulli Gallorum deplumati, carne admodum
 b Exere, candida. b Scaliger Vesptiliones testarunt, qui magna copia ab incolis insulae Catigan in
 236. 3. mari Sur sitæ, existantur, Aquila ēst magnitudine, Gallinæ sapore.

HIEROGLYPHICA.

Nutricia- **M** Vlierem lactantem ac bene nutrientem significaturi Aegyptij, Vesptilionem pin-
 typus. gebant, Sola enim inter omnes volucres hēc dentes, ac mammas habet, & magna
 Imbellis cura suos foetus lactat. Iudem imbecillem hominem, & temerē audacem monstrare
 & temere aducta volentes, Vesptilionem effingebant, quōd hic, etiā penas nō habeat, volet tamen. Ala Ve-
 spetlionis cum formica hominem signabat, qui se extra domum suam contineret.

typus.

P R O V E R B I A.

Vespertilio- **V** Espertiliones proverbialiter videntur appellari, qui grauati aere alieno luce domi se
 liones qui continent, ne a creditoribus appellantur noctu prodeunt. a Vlpianus: si quis statim
 dicantur. pulanti spōdeat, sanum ēst, furem non ēst, Vesptilionē nō ēst &c. Quidā hoc loco le-
 a Lt. Pan- gunt pro Vesptilio vespillonem, aut versipelle. b Alciatus inter Iureconsultos vndiquaq;
 dec. 21. ist. doctissimus putat Vesptilionē dictū (vt diximus) qui metu creditorū interdiu latitat, noctū
 de euītio prodit. Adagī sumptū ēst videtur ex Apologo quodā, sive Aesopi, sive alterius illum imitati
 nibus. (nā Aesopo indignus videtur) qui narrat Vesptilionē Mergū, & Rubum societatem minisse,
 b in cōm. vt conflatis sortibus pariter negotiarentur. Vesptilionem contulisse pecuniam à feneratori
 de rer. fig. bus mutuō sumptam, Mergum aliud quidpiam, Rubum vestem. Quum omnes ē naufragio
 Apologus nudi enatassent, Vesptilionem, metu creditorum interdiu latitare, noctū volare tātū. Mer-
 de Mergo gum obsidere littora, ac subinde collum demittere in fundum, sicubi reperiāt merces suas, vel
 Vesptilio- eiētas in littus, vel in fundo hārentes: Rubum prætereuntium adhārere vestibus, si quā for-
 ne & Ru- tē luam reperiāt. M. hi tamen videtur Vesptilionis nomen, vt antē diximus ex Turneo, &
 bo, in fugitiuum seruum competere, qui noctū ab hero solitus sit sele subducere, latitatq; ubi peri-
 culum est, ne agnoscatur. Nam mox proximo capite pro Vesptilio erronē ponit, ac fu-
 gitivum. Quā quis, inquit, Ripulatur furem non ēst, fugitiuum non ēst, erronē non ēst. Prisci ta-
 men ea voce lecus vñ sunt, videlicet pro homine ancipitis fidei, qui nec huius ordinis sit nec il-
 lius, cum vtroque tamen colludat. Vesptilio enim sic est vtrumq; vt nec inter volucres, nec
 c in age- inter mures planē locum habeat. Vnde c Varro, factus sum Vesptilio, neque in muribus plant,
 shone. neque in volucribus sum. Vesptilionis coniūcū torqueri poterit, & in amantes, qui noctū ob-
 d in Tri- vagantur: quos a Plautus vocat latebricolas: Elegans, inquit, despōla tor latebricolarum homi-
 num corruptor. Budaeus in citatum paulò antē Pandectarum locum Vesptilionem verbū
 arbitratur ēst circumforaneum, & ex formula venalitiorum desumptum, pro eo, quem ea-
 rundem Pandectarum author paulò antē myopem dixerat, id est, qui interdiu exiliter videt
 & vespri iustum aciem habet, qui Larinē lusciosus dicitur ab auīum, Vesptilionum,

10 vt ei videatur, similitudine. Quod vt proberet Martiani locum adducit ita scribentis, Numero ^c Ital. qui
 est Vespertilionem, aut altas turpem dederit hominem, idem ^b uti se consulti auem (dem eodem
 loco inquit) aliquando eam sibi licentiam permittunt, vt verbis tristisibus, & circumforaneis
 aut castrensis pro legitimis, & purè latinis viatūr, qui sit, vt difficulter sit interdum apud eos
 enarratio, cùm ea verba apud authores non reperiuntur. Ut autem Vespolio legatur pro lan-
 dapilatio, sensu non congruit.

EMBLEMATA:

Varias hasce, quas proximè de Proverbis attulimus significaciones, easq; tropicas Alcia-
 tus artificiosè hoc emblemata complectitur.

Vespere quæ tantum volat, quæ lumine luscæ et.
 Quæ cum alas gestet, catena muris habet,
 Adres diuersas trahit, mala nomina primum
 Signat, quæ latitans tu tunc unig. timent.
 Inde, & Philosophos, qui dum calella querunt,
 Caligant oculis, falsa g. sola vident,
 Tandem ut versutus cum clam si clementur utrumq.
 Acquirant neutra quæ sibi parte fieri.
 Assumpisse suum volutries Menetie nomen.
 Socraticum authores Cherephonta ferunt.
 Fusa viro facies, & Hridens vocula tali
 Hunc hominem potuit commaculare nota.

Apud Nicolaum Resnerum aliud est Emblemata subtemmate, MALA CAVSA SILEN-
 DA, quod tale est:

Dum cultus superum spernunt, f. Ham. profanant,
 Et leuis fallunt tempus, opusq; iocis:
 Protrinus in volucres abeunt Menetres, has, quæ
 A sero verum Vespere nomen habent.
 Iamq; persunt tenebras, & solis numina vitant,
 Tellæ frequentantes, humia nocte vulant.
 Mordere os hominum, quam turpia dicere prestatas
 Luce sacra solim mens vacet, q. Deo.

ÆNIGMA.

EX incertitudine, & ambiguitate naturæ Vespertilionis, qua neque avis neque quadrupes planè, utrumq; tamen quodammodo esse videtur, natum arbitror Aenigma, quod
 a Plato facit Vir non vir, videns nō videns, percussit, non percussit, lapide nō lapide,
 aucti non aucti, super arbore, non arbore. Causa sensus est, hic Enuchus luscus talictro excusit a l. de Rep.
 pumicem in Vespertilionem super lambuco. Cur enim Vespertilio ure avis non avis dicatur,
 abude à nobis suo loco est dictu, tempe quod alas, & volatum cū aubus, reliqua ferè omnia, vt
 dentes mammae, pilos, pedes &c. c. cum quadrupedibus communia habeat, & vt inquit Alciatus:

Quod cum alas gestet, & era muris habet.

Aenigma hoc triplici sennariolo expressit b Petrus Crinitus:

Homo, non homo; viaens non videns; alitem
 Non alitem, lapide non lapide; perculit
 Cum super arbore, non super arbore degere;

b l. 20. de
 honest. usq;
 pl. cap. 8.

De Vespertilio aliud Sempronij ænigma legitur tribus hisce versibus expressum:

Nox mihi dat nomen, primo de tempore noctis,
 Pluma mihi non est, cùm sit mihi penna volantis
 In tenebris sedeo, nec me commissio diebus.



Vlyssis Aldrouandi A P O L O G I :

A Pologum non quidem Aesopi, sed alterius cuiusdam Aesopi simiæ de Vespertilio,
Mergo, & Rubo, inter prouerbia tum recitauimus, quod ad significaciones Vesperti-
lionis declaratas faceret. Alius est huiusmodi, & ipse à natura aincipiti animalis peti-
tus, vt & enigma, quod præmisimus. Aibus cunctis exulare iussis edicto, Vespertilio dixit, se
murem esse; rursus alio super exilio murium promulgato, auem se esse dixit. Perstringit Apo-
logus versipelles quosdam, qui instar Prothei cuiusdam omnes pro re nata, & ex suo cō modo
vultus induunt, seque nunc hos, nunc illos simulant, tempori certe se commodantes, & foro,
vt dicitur, vi scientes.

F A B V L O S A .

¶ Libr. 3.
Varia Ht.

A Elianus Meneiades tres sorores fuisse, singit. Leucippen, Aristippen, & Altithoen,
quarum una in Cornicem, altera in Vespertilionem, tertia in Noctuā à Deo Baccho
mutata sit, quod scilicet hunc ipsum Deum, eiusque orgia contempserint, Ouidius
verò omnes simul in Vespertiliores versas fuisse fabulatur eandem ob causam:

At non Alcisoē Mineias orgia censem
Accipienda Dei &c.

Et paulò pōst;

Finis erat dictis, & adhuc Mineia proles
Vrg et opus, spernitq. Deum, fecundumq. propbanat.

Et quibusdam interiectis;

Iang; dies exactus erat, tempusq. subibat,
Quod tu nec tenebras nec posse dicere noctem,
Sed cum luce tamen dubia confinia noctis,
Tecta repenit quasi, pinquesq. aracere videntur
Lampades, & rutilis collucens ignibus ades.
Falsaq. fauorum simulacra vilulare ferarum.
Fumida iam dudum latitant per tecta sorores
Dinerisq. locis ignes, ac lumina vitant,
Dumq. petunt tenebras paruos membrana per artus
Porrigitur stennisq. includans brachia penitus:
Nec qua perdiditri veterem ratione figuram,
Scire sinunt tenebra, non illas pluma tenavit.
Subiunere tamen se per lucentibus aliis,
Conataq. loqui, minimam pro corpore vocem
Emittunt per agung, leuis stridore querelas,
Tectaq. non sytuas celebrant, lacemq. perose
Nocte volant, seroque tenent à vespere nomen.

Et paulò pōst

— potuit de pellice natus
Vertere Maonios, pelagoque immergere natus,
Et laceranda suę nati dare viscera matri,
Et triplices operire nouis Menestras aliis.

H I S T O R I C A .

M Onachi cuiusdam desperato morbo laborantis atque eventu insolenti, ac mirabili à
Vespertilio forte sanati, historia digna relatu mihi visa est. Solēt Vespertilio
instar culicum noctū dormientes aggredi; & quam parē dete& tam repererint, ausu
impetrerito mordicū impetere, sanguinemq. exugere. Accidit itaque, vt de vita periclitans
aeger decubaret cænobita pleuritide, cū febre ardentissima coniuncta. Quare cum phleboto-
mia tanquam unico præsidio summoperè egeret, Chyrurgus bis terue scalpello ita vena, ne
tantillum quidem sanguinis extraxit. Vnde pro iam tam morituro desertus erat à reliquis mo-
nachis, qui extremo ei vale dicto, curaturi sepulcrum abierunt. Ad deploratum, & quem iam
è viuis exceſſisse rebantur, postridiē manē reuertuntur, hominemq; viuum, & alaciorem folie
to, &c

³⁰ tō, ac propè incolumen offendunt. Miratis ac cauiam sciscitanibus, hanc refert, Vespertilio nō noctū, detectum pedem mordicūs arripuisse, venam aperiisse, sanguinem ad satiem usque, & copiosum exuxisse, saturum auolasse, vena relicta aperta. Breuitataque cœnobita hic sanitati restitutus ad munia consueta rediit.

DE STRVTHIOCAMELO. Cap. II.



VIVM omnium rapacium, cùm diurnarum, tūm nocturnarum historia iam nūc ad calcem usque perducta, non videbor ordinem nobis hactenus obseruatum, inuertere, si Vespertiloni, quem nocturnis ad neximus, Struthiocamelum, à quo Plinius de aibus scripturus, exorsus est, subiunxit, fabulosiq. cùm rapa. cibus, tūm non rapacibus, qua subsequuntur, prætulerim. Struthiocamelus. n. eodem modo vt Vespertilio, partim aue, partim quadrupedem refert, quippè qui nō vt quadrupes pennas habeat, vt non auis, sublime non volitet, nec pennas ad volandum utiles gerat, sed vt currentem adiuvent. Denique qui bipes etiam sit tanquam auis, bisulcus tanquam quadrupes, cùm digitos non habeat, vt aues, sed vngulas bipartitas, vt quadrupedes bisulci. Cùm itaque in hoc conueniant Vespertilio, & Struthiocamelus, vt semiaues sint, & semi quadrupedes, iure merito historiæ illius, huius adiungenda videbatur, eoque magis cùm uterque genus non habeat proprium, ad quod potius possint reduci.

Lib. 10.

Æ Q V I V O C A.

³⁰ **S**truthiocamelus inter struthij herbæ nomenclaturis legitur apud Dioscoridem, cuius ratiocibus ad ciendos menses a Hippocrates utitur. Hanc herbam quibusdam Janariam dici scribit b Isidorus. Sunt qui struthium sive struthionem dictam velint, quoniam folia eius utrinq; lan cinata pennas huiculce Avis æmulentur, nam, & alia planta a pennarii similitudine nomen habent, vt Filix, ^a trèpida dicta, hoc est, alata, quia scilicet folia eius utrinq; pen- natum more, teste c Dioscoride digesta sint. Abiit item, & Sorborum folia Theophrastus singula tradit, ^b Hare ex obliquis penna modo paribus, ac si omne unum esset, habens lobos excisis ad nruum usq; verum diffirunt, inquit, singula multitudine partium. Decidunt, sea totum folium pene facie. Quod verò folia plantarum similia Struthij auis pennis dicantur, idem Theophrastus testis est, qui de arboribus Indiæ loquens in India, inquit, arbor quæ dicitur gignitur, cui folium specie p. elongatum, simile pennis Struthionum, que super galets imponuntur longitudine duorum cubitorum. Struthio quoque genus est mali apud a Athænum. Struthium item pro obscenæ parte virili in Mimis præfertim accipi solet, quandoquidem hæc corporis pars coniugium maximè promoueat, & debitum augeat incrementis. Ego verò eam partem id nominis obtinuisse pütēm, quoniam Struthiones insigniter sint, vt dicemus, Venerei,

Struthio.
camelus
herba.

a Lt. 1. de

b Lib. 17.

c Orig. c. 9.

d lib. 17.

e lib. 4.

f lib. 4. c. 178.

g lib. 4.

h lib. 2. Dei-

i lib. 2. Dei-

j lib. 2. Dei-

k lib. 2. Dei-

l lib. 2. Dei-

m lib. 2. Dei-

n lib. 2. Dei-

o lib. 2. Dei-

p lib. 2. Dei-

q lib. 2. Dei-

r lib. 2. Dei-

s lib. 2. Dei-

t lib. 2. Dei-

u lib. 2. Dei-

v lib. 2. Dei-

w lib. 2. Dei-

x lib. 2. Dei-

y lib. 2. Dei-

z lib. 2. Dei-

S I N O N Y M A.

NOn uno nomine (vt Latinis ferè ac Græcis) Hebræis Struthiocamelus venit, sed pluri- bus, ijsq; adeò cōfusis, vt æquivoca potius, quā sinonyma videbatur. Azida iuxta Phi- siologū Avis eadē est, quæ Struthio, Albertus Afida legit, pers, dicitque vocem el- se Græcam, quæ ab alijs dicitur Chamæleon, sed pro Chamæleo scribendum est Struthio- melus. Afida verò Hebraicum nomen, non Græcum esse videtur, nō tamen Afida ab Hebræis Chafida. profertur, sed Chafida, & nominatur à Iob vnā cum Neelaſa Aue, quam Kimhi Pauonē, Chal a Cap. 39. dæus Gallum sylvestrem interpretatur. R. Abraham putat esse Struza, id est, Struthionem Struza. bath iaana David Kimhi ponit in themate Ain, & exponit aues degentes in solitudine, quæ bath iaa. vocem lugubrem emittant. b Idem ait bath minorem esse, leaniū maiores. Septuaginta na. Sirenes transferunt, Hieronymus Struthiones. Animal esse aiunt semper solitudinis amans, b Esaiæ quod cùm pennas habere videatur, tamen de terra altius elevari nequeat, quod Struthio cap. 13. ni conuenit, vt & alij ferè scripturæ loci, in quibus Struthij sit mentio. Deuteronom. 14. & Le- Bath naa. uit. 11. Chaldaus interpres habet bath naamitha; Arabs neamath: Persa prætermisit, nō mība. mitum eandem vocem positus, vt per versum totum fecit. Septuaginta interpres græcōs, Neamath. Heto-

Jacynth.

Hieronymus Struthio. Dicitur, & Hebraicè Iaenathab v'lularu; iana'h enim v'lularu est aliquā
do Hebræis; vnde est, quod quidam Vlulan interpretantur. Dicitur Bathiaenath, id est, filia
Struthionis, eō quōd homines femella ferē v'esci solent, & cum adhuc parva est, teste R. Da.
e Cap. 39. uid Kimhi in lib. Michol. Iaanath apud c Job secundum Abraham est Struthio. Job inquit se
esse factum fratrem Syrenum, & solum c̄r̄p̄t̄l̄ c̄r̄p̄t̄ autem dicit, quos nos Struthocame-
los vocamus, vt inquit a Suidas. Habitabuntq; ibi filia Struthionis iaanath. Sunt qui Ranan
quoque Hebraicam vocem Struthionem vertant. Thalim teste Sylvatico est Struthio mas:
Vetus glossographus Auicennæ legit Thaliz, codices nostri Auicennæ Thalium habent: Tha-
lium, inquit, explicauimus in capite de Struthione. Vox forte Persica fuerit. Nam etiam apud
Sylvaticum Struthionem significat, codex noster Auicennæ habet Nahim; Bellunensis legit
Nham, & est, inquit, avis Struthio, alia lectio Nacham, que est avis magna palustris. Strutho-
camelus, velut alijs scribunt, Struthiocamelus nomen Græcum est, quod Latini etiam recepe-
runt, ut Plinius, multiq; alij recentiores, vt D. Hieronymus, & eo etiam posteriores alij, vt 20
Gaza, multiq; vicinalij doctissimi Struthionem vocant, non desunt etiam qui Struthium dicant,
vt Valla in translatione Herodoti, & apud Philostratum in vita Apollonij. Sinonyma Græ-
ca sunt, c̄r̄p̄t̄c̄, vt Philostrato, atque etiam Aristotelis c̄r̄p̄t̄c̄m̄l̄ Hesychio, c̄r̄p̄t̄c̄m̄l̄ Oppiano, recentioribus Græcis c̄r̄p̄t̄c̄m̄l̄. Sunt qui auem hanc masculini generis faciant
nec desunt qui feminini; apud Iulij Capitolini Struthiones Mauros legimus, & apud Lam-
pridium Struthionum sexcentorum, & c̄r̄p̄t̄c̄ A'pa'b̄ios, & c̄r̄p̄t̄c̄ xarāyatos ab Herodoto pro-
nunciat, & Aristoteles c̄r̄p̄t̄c̄ δ' ēi λυθ̄n dixit, masculino scilicet genere. Aristophanes verò
multiq; alij Græci c̄r̄p̄t̄c̄ μεγάλων, vel λυθ̄n, vt & recentiorum etiam nonnulli feminino
generi Struthionem magnam vel Libycam dicunt. Textor Rawius Struthum vocat marem,
& feminam Struthionem, sed absque autoritate: quare nihil ego refutre putem, vtrum fe-
minini, aut masculini generis habeatur sic & ipse Gaza modò Struthionem Africā dixit, cūm
& alias Struthionem Lybicum dixisset. Plautus hanc auem Passerem marinū appellavit, item 30
Pœnam auem; Sunt qui ita dictam velint, quōd maritimas oras inhabet, vel, vt Turnerus
aīt, quōd ex Africa mari in Italiā aduochatur, Passerem autem quōd eius similitudinem ge-
rat, Ego verò vocari crediderim Passerem, & Passerculum, & Græcē c̄r̄p̄t̄, & c̄r̄p̄t̄, quasi
per ironiam nomine composito, velut si quis pygmæum gigantem diceret, vel homunculum
giganteum. At Struthiocamelus aliud etymum est, nemp; quōd collis, & crurum longitudine
camelum imiceret. Est enim statura homine ipso procerior. Cūm verò & mutate aies partes,
collum nemp; rostrum, oculi, caput, crura. Anseri potius quam camelio, similes sint Chenocame-
lium potius quam Struthiocamelū curiosus quispiam vocauerit. Apud Varium Λιβύσσα ὄρη,
id est, Lybica auis pro Struthiocamelo legitur, vt in hoc carmine:

— ἔλλα λίθισσα

— Στρεθός ἀλισκούπη πλάζε καὶ ἀμφοτέρες.

Africā auis. Sic, & Afra auis vocatur Latinis, vt auctor ac Acror; & Vasta Avis g Claudiano. b Diodorus 40
In cōmen. Siculus Aves Ceruinias appellavit, vt coijcio, nām in toca descriptione cōueniūt omnia, nihilq;
Horat. aduersatur, vt postea monitrabimus. Vespertilionem auem non auem vocant, idem Struthio-
camelo quoque compete potest, cūm vt auis non volet, & multas etiam partes cum quadru-
pedibus cōmunes habet. Italis appellatur Struzzo, vel Sturzo apud Scoppam. Hispanis Aves
Avis cōr. Struz Lusitanis Ema di Gei, Ema aurea simpliciter Gruem eis signifacit, Galius Autruche, vel
venera. Germanis Strauß, vel Straußs, & quoniam pennis eius pilei, & galea ornantur,
b Li. 4 rev. deducitur inde nomē ein Straußsle, pro quauis crista, & uerbum strassen pro eo, quod est super-
antiq. c. 3. hē se erigere. Belgis dicitur een uogel struijs. Anglis an Oistris, uel Oîtrige Illyricē Pstros,
auis. Polonicē Strus.

50

GENVS. DIFFERENTIÆ.

D E Struthiocamelo, quoniam ut Vespertilio partim auem, partim quadrupedem ref-
rat, dubium videtur, nūquid potius inter quadrupedes, an inter aves reponi debeat
Palpebræ enim, quibus solus alitum ut homo, utrīq; prædictus est, pedesq; bisulci,
actoriū corporis magnitudo quadrupedē esse arguit, cū magnitudo Avibus parua cōuenie-
bat, corporis nō molē sublimē ferri nequaquam facile est ut scriptū reliquit a Arist. contra forma-
part. anim. corporis, pennæ, rostrū, caput collū, cauda, pedes bini, Avem quidē constituit, sed quæ gibbosō
c. vlt. corpore, pedibus in binas vngulas diuisis, moribus, atq; ouorū incubatu à reliquis avibus diffe-

rat.

¹⁰ fat. Alas quidem habet ut cæteræ, sed quæ non ad volandum, ut illis, sed ad velociorem cursum data sunt. Quia item, ut illæ, parit, sed non incubat, quæ nempè in arena sepeliat, & solis calore postmodum excludat.

Ales.

FORMA. DESCRIPTIO.

Struthiocamelus Anserem tota corporis sui forma refert. Quod ad magnitudinem attinet, Auium omnium maximus est. Tria enim sunt animalia, quæ ex minimis maxima evadunt, nempe ex aquatilibus, Crocodilus; ex volucribus Struthio; ex quadrupedibus Elephas. ^a Diodorus Siculus camelii magnitudinem Struthionem tribuit. ^b Plinius equitis quo insidentis etiam altitudinem excedere scribit, quod sane intelligendum est, dum collum equo quantum potest, erigat. Nam reuera aliæ longè minor est, maximus tamen volucrum, ut dixi, quarè ab ^c Aristophane Rhea Deorum matri etiam comparatur. Rostrum habet, si corpori adæquas, valde exiguum, sed acutum, & robustum. Caput Anserinum, id pariter parvum, & cerebrum in eo ferè nullum, plumis haud coopertum, vt neque collum, sed exiguis tantum pilis, in foemina pallidè lutescentibus, mari verò in capite magis flavent, collum verò ad rubrum coloratum vergit. Oculos magnos, nigros, camelii similes. Palpebras utrimque, alitum folius, ut homo teste Plinio; ^d Cardanus pilos habere dixit in superiore palpebra. Collum prolixum, immò longissimum, coloris quallem dixi, quod ^e Suidas asini simile dixit, sed quā recte, ipse viderit. Pennæ quæ pilis haud dissimiles sunt, à cæteris avium pennis differre videntur. Dorsi, cuius pennæ in mare nigerrimæ, in foemina fulcæ tantum sunt, & Ianæ quandam substantiam sua mollicie efficiunt, tanta latitudo est, ut Oppianus puerum lactantem, vel ut Italicè quidam scriptit, hominem insidentem sustinere possit. Alarum pennæ eiusdem coloris, sed in superiori parte, ^f candidissimæ, Gordianum tradunt Imperatorem, dum etiamnum iuuenis esset, trecentos Struthiocamelos Mauros miniatos habuisse, quos ego Phænicopteros fuisse arbitror. ^g Albertus Struthionem in interioribus alarum cubitis, spicula quædam, quibus feriat eos, quibus insilit, habere scribit, & author de nat. rerum parvum ei sub aliis osculum tribuit, quo se in latere purgat (pungit fortè) & agitat, cum prouocatur ad iram. Alij in extremis alijs osteos quosdam extare putant mucrones, quibus ceu calcaribus ad cursum velociorem se incitet, infligendo eos coxis, in quibus, ut in plerisque etiam alijs partibus corporis deplumis est. Sed eiusmodi spicula atq; ostos mucrones ego obseruare non potui. Caudæ pennæ in mare subalbidæ, in foemina subfuscæ sunt, & casfides maximoperè expetuntur. Coxæ sanè prægrandes; eiusdem cù collo coloris plumis per quam raris ornata, aut vi non videantur conuenire, sed quæ cum magnitudine, rotunditate, & q; ac carnis albedine, tūm quod in angulum sensim iuxta genu finiuntur, humanum femur potius imitantur. Crura carnosa cruribus camelorum similia, crebris corticibus, seu squammis intecta usque ad geminos duros poplites. Pedes bisidi more boum, cæterorumq; quadrupedum bisulcorum in binas vngulas duisit, itaque perperam Suidas pedes asini, qui solipes, atque una tantummodo vngula insignitus est, Struthioni tribuit. Verum cur bisulcum potius, quam solipedem, aut digitatum natura Struthionem fecerit, ego profrus ignorare me fateor. ^g Nicolaus Leonicus Thomæus id quidem hunc in modum querit, sed nihil videtur concludere. *An quia, inquit, verè non sunt volucres, sed pedestrū generis magis?* & ideo neq; à terra tolluntur altius, pennaq; solūmodo data sunt, ut currentes adiuvent, qui alioquin corporum mole effens tardissimi. *An quod in animalium genere ambigias quasdam, & velut promiscuas natura producis species, ut in leonis, marinisq; vitalis, que cum aquatilibus, tūm terrestribus merito existimari possunt.* Huiuscmodi autem Struthiocamelum esse, non ab re putandum est, ut auct. m. bipes e. s. p. pennas q; & plumas habet, ut verò ex pede Arrium e. g. genere, & genas habet, quibus sane carent volucres, & bidae geris vngulas. *Huius autem causa corporis illius est mole, que haud quaquam aubus, sed quadrupedibus magis conueniens, aptat, esse videtur.* Verum nunquid haec rationes sufficiant, alijs dijudicandum relinquimus. Nos interim maris, & foeminae iconem priuatim exhibemus, et si vnicam sufficeret, sed pictoris id auraria factum est.

Magnitudo
Animantia
qua ex mini-
mis maxi-
ma euadat.

^a Li. 3. rer.
antiq. e. 12.

^b L. 10. ca. c in aubus.

Rofrinn.
Caput.

Oculi.

^d Li. 10. de subtil.

& In Sirens;

Pennæ.

Dorsum.

Ala.

Struthiones
miniatæ qui
sunt.

^f Lib. 23. de
Animal.

Cauda.

Coxæ.

Crura.
Pedes.

Suidæ error

Cur natura
bi sulcum
voluerit es-

fe.

In quest.

nat.







LOCVS.

STRVTHIONES loca amant deserta, & ferè aquosa, vnde apud D. Hieronymum legi.
 tur; *Filia populi mei fidelis quasi Struthio in deserto.* Tanta vero quandoque eorum copia
 in desertis conspicitur, vt velut equitum quandam aciem efforment eminus, atque à lo-
 gè videntibus, totidem se equites videre existimantibus, de vita sue periculo se pessime timo-
 rem incuriant. Africa nobis hanc aueni generat. *Theophrast.*, in ea Africæ parte Struthionem
 a L. 4. Hist. plan. c. 4 nasci tradit, in qua nunquam pluit. *b* Aristoteles Struthionem Africam nominat, & Lybicam.
 c. L. 10. c. 1 Plinius Africam, & Aethiopicam, & Poetae Aſram *xara ἔξοχω* pro Struthione dixerunt. *d*
L. 3. de Philoſtratus Apollonio, cùm dextra Gangem, finistra pyphasm fluuios haberet, ac ad mare
Apol. p. 3. de descenderet in itinere Struthiones multos refert sibi occuruisse. Insula Dargin, Aloysio Cada-
Li. 1. A- musto tradente, Struthiones fert, quorum oua non insuauiter comedit. Paulus Venetus in pro-
nabat. uincia Abasia dicta Struthiones grādes reperit, Aſtinis nō minores memorat. Xenophon olim
Li. 3. c. 12 in Arabia magnos Struthiones agnouit, eosq; nō paucos, quod f Diodorus Siculus, & g Strabo
g. Lib. 8. Geog. quoque testantur. *Supra Elephantophagos in Arabia* (inquit Strabo) *sunt Struthiophagi*, gens non
Struthio. admodum magna, apud quos aues dicuntur esse cervorum magnitudine, qua volare non possunt, sed ce-
pbagi Popu leriser carrius quemadmodū Struthiocamel. Sane aues eas, quarum descriptio cum Strutionibus
puli. ex toto quadrat, ab his nihil diff. re arbitror, ut neq; à Ceruinis à Dodooro Siculo descriptis
h. Li. 4. ter. quas Aerhiopia quandam partem mittere scripsit; nam quæ & ipse de aibis Ceruinis dixit,
antiqu. i. L. 3. c. 12 cum Struthionibus omnia congruent. *Popul h* (inquit) qui partes Aerhiopia supra Aegyptum ad
Hebreum pertinentes habitant, aerhiopes simi, ad meridiem spectantes Struthiophagi cognominantur.
Est apud eos avium species natura terrestribus animalibus mixta, vnde & aues Ceruinia nomine
funt. Ha magitudine sunt magni Cerui, collo oblongo, roto dis lateribus, atq; alatis, capite tenui, oblo-
gog; cruribus, & iuncturis firmissimis, fixo pede. Struthiocamelos Syriam quoq; ferre idem te. 30
status est.

V O X.

Ianab quid **D**e voce Struthiocameli nihil memoratu dignum ab authoribus proditum est. Hebrei
 ramen Struthionem Ieanach appellant ab v lulatu, Ianah enim eis est v lulare. Sunt
 qui proprium huic aui esse dicant, vt matres semper oberrent, & pullos suos deserent;
 a Michae. 1. Itaque os ob cibi inopiat aere, atque v lulare, ad quod sèpè alludit sacra scriptura, vt: a Faciam
placitum sicut Dracones, & luttum sicut filii Ieanab, id est, sicut Vlulæ, vel Struthiones. Quæ si
corum vox sit, alij perscrutentur, ego vocem eorum nunquam audiui.

VOLATVS. GRESSVS.

STruthiocamelus corporis mole, quæ in sublime ferri nequit, vt scriptum reliquit Aristote-
 les, impeditus, à terra non eleuatur. alas enim habet non ad volandum, sed vt Plinia-
 nis verbis utr, *vt currentem adiuvent Lentè* incedit, nimurum cùm non libeat festinare,
 nec sit, quod virgeat, qui alioquin celerrimè currat, & utrimq; in alas ingruente vento, & tan-
 quam uela eas extende ad tam uelocē cursum impellit, ut Plinius equitem equo insiden-
 tem superare, & Oppianus cum alio alite uolante contendere posse dixerint.

VICTVS. NVTRITIO.

STruthionem carpo phagum esse ex a Strabonis uerbis licet colligere; scribit enim, *Vt. 50*
Lib. 6. natiore cum eos capere student, si men spargere, quo aueni aliciant, ut postea dicemus. Sunt
 qui sine delectu, quicquid obtigerit, deuorare scribant, uerum hæc incocta, & integra in
 uenitculo eius remanent, & si nimia facient, tandem animal ad mortem, uel ad tabem dedu-
Struthioea- cunt, ut in discessis apparuit. Quare minimè credendum est ferrum cōcoquere, ut mul-
melum fer- ti crediderunt, concoctionisq; eius uim à calidissima eiā natura dependere, quorū opinio Leo-
rum non ē nis exemplo facillimè convincitur, ut qui longè, quam Struthiocamelus calidior, ferrum tame-
coquere. concoquere nequeat, ut b Alex. Aphrodiseus testatur. Nec audiendus c Joannes Langius, qui
a In prob. in horto Ducis Ferrariae Struthionem ferrum concoxisse sele obseruasse testatur. Plinius qui-
mio prob. dem mirā Struthionibus cōcoquendi, quæ sine dilectu deuorarint, naturā dixit, sed ferrū con-
c. L. pi. 12. coquere

¹⁰ coquere nunquam, quod scia Albertus Magnus ossa in breues partes truncata, & lapides audi-
de deuorare dixit, sed respire, ergo ferri frustula deglutiuit, dum Tridenti esset, obseruauit, sed
quaꝝ incœcta rufus excerneret.

NIDVS. GENERATIO. EDVCATIÖ.

EX fabulo nidum pedibus construit in solo, cumque humilem atq. medium concauum,
labra ambientia altè exaggerans, ac tanquam muro circumunivers, ne pluia eminus ^{Coitus.}
influat, & pullos etiamnum teneros madefaciat. Non coit more aliarum avium, sed ve-
lui Camelus Baeticianus, auctus nempe. In Venetum proclius est, camq. pluries exercet, plu-
rimo excremento abundans. a Aristoteles, & b Plinius cum plura ova parere dixerunt, numero ^{a L. 9. His.}
²⁰ non determinato. c Aelianus octauaginta amplius exclusere, non tamen uno oeoen q̄, ten pore ex ovis cap. 15.
pullorum enasci, sed ex his partim tam in lucem preferri, partim intra qua informari, & conglutinari, par-^{b lib. 10.}
sim etiam foueri. Alibi tamen numerum non addens: Et si permulta, inquit, oua parti non tamen omnia ad frugem perducit, sed secunda ab infuscundis secesserit, tantumque frugifiris tuncub. 2, simul, &^{c. 51.}
ex ijs pullos excludit, & sterilitate affecta, ex ipsoe & suis pullis alimenta preberet. Parit vero mense ^{c lib. de a.}
Julio. Sunt autem oua maxima, ut pote capitis infantis magnitudine plus minus quindecim li-
bras pendentia, durissima, & quasi lapidea crusta munita; quia in arena condita, solo visu à Stru-
thione fouerit, atque ita pullos in lucem excludi multi crediderunt, cum quod i matrem ob cor-
poris gravitatem incubare ijs non posse cernerent, tum quoniam etiam fortè al quando cam
oua seu carissima sua pignora, veluti propter custodium intuentem reperirent. Verum, ut in-
³⁰ genuè loquar, Struthio non visu fouet oua, quo ea quandoq. obseruat, sed solis calore tandem
ex ijs pulli educuntur, ut ex multo rum animalium ouis fieri quoque videmus: ethi secus ab Ae-
lianō scripsum.

AFFECTVS CORPORIS.

P Linius Struthiocamelum naturaliter caluere dixit, quod mihi de alia alite nullibi legere a ^{a L. 11.}
vnquam contigit. ^{cap. 57.}

MORES. INGENIVM.

QVAMVIS Struthiocamelus deserta incolat, mitis tamen esse dicitur, & mansuetus. Sed ^{a L. 10. c. 1.}
⁴⁰ mira, ut a Pliniis verbis vtar, etus soliditas in tantum reliqua corporis altitudine, cum colla
frustice occulanterit, latere se se extitimus, quod vero de collo Plinius dicit, id alij de
toto capite tradunt. Hinc Poeta.

— si iam vestigia retro
Clara sonent oblitis fuga, et at limine clauso
Ridenda revoluta caput, credutq; latere
Quod non ipsa vides —

Diodorus Siculus vero caput quidem inter arbusta, aut umbrosa loca abscondere Struthiocame-
lum admittit, cum scilicet venatores effugere nequit, at natura desidia, ne ab alijs conspi-
ciatur, quod illi volunt, id facere negat, caudamq; in hoc reiecit, quoniam corporis pars ceteris
debilior, umbram sibi pro tutela parat. Ut vt sit, ego me in hac authorum controversia immi-
scere nolim, neutrum expertus. Video tamen sacras quoque literas de stoliditate avis loqui.
⁵⁰ Sic enim a Job. Struthionem Deus priuatis sapientia, non deatis illi intelligentiam.

^{a Cap. 39.}

ANTIPATHIA. SYMPATHIA.

STruthionem naturaliter equum odisse tradunt, & contrà ab equo tantum Struthionem ^{Struthio.}
odio haberi, qui nempe intuitum eius non sustineat. Struthio erga foci suos tanto amo-^{nus, & equi}
re flagrare fertur, ut etiam percutas cuspides, easq; ferreas, quas circa nidum pullorum odimm.
potiendorum causa venatores defigunt, negligat, atque ita transfixus mortem obire non recu-
set. Quod tamen sacræ paginæ repugnare videtur, vbi nempe legitur apud a Job. Struthio dura-
tit insos pullos, quasi non sentiunt, frustria laborant nullo timore cogente.

C A P I E N D I R A T I O.

*a L. 1. 1. dn
far. 1.* **S**truthio visco aut calamis more aliarum avium non capit, propter coporis molem, sed equis, canibus, & retibus teste Oppiano. *a Xenophon equis, & canibus propter cursus velocitatem, difficulter capi innuens, Struthium. Arabicum inquit, nemo capere potuit, & equites qui per sequebantur mox de se Rebant, aufugiens enim procul se ab uicebas, pedibus scilicet, & ad modum veli simul ere cōsūt ad cursus celeritatem utens. Comprehenditur tamē ab equitibus b 4. de ani. cōsūt in cursu nimia lassitudine delassatur. Solet enim Struthio in orbem currere, atque ita ab cap. 47 equitibus facile cursu superatur, non tamen ita facile capit, quippe qui obuios quoq; cōsūt la- c L. 4. c. 3. pides, vngulis ad id aptis, arreptos retrō in hostes, tanquam funda eiacularunt, vt b Aelianus, & d L. 10. c. 3. Diodorus Siculus memorat: cū enim animal sit bisulcum, comprehendendis lapidibus vn c Lib. 6. gulas habet accommodatas, a Plinio teste; Strabo author est apud Strutophagos in Arabia, à nonnullis Struthiones arcu venari, alios verò pellibus Struthionum, corpora sua operientes, dextram manū pelle colli dete etiam more animalis, dum adhuc viuebat, mouere: sinistra verò semen ē suspensa pera eductum spargere, quo aues allientes, tandem eos in conualles detru- dunt, atque obruncant. Capiuntur, & hoc modo, Venator inuentum eorum nidum percutis ex ferro cuspidib; spiculorum more rectis circundat, & in occulto se abdens, ex insidiis Stru- b hōies accerrimè obseruat, quæ quoniam perdīt pignora sua amant, cū ex inquisitione, pastus reuertuntur, eti antequam in nidū inuolent, hac illuc oculos versent, metuentes ne abaliquo videantur, tandem fligranti si no pullorum studio vidi, contemptis ferreis spiculis, ita alis passis (tanquam velis conteato fune explicatis) in eum irruentes transfiguntur, & à ve- natore, qui repentinus eō accedit, simul cum pullis capiuntur. Sed omnium facilissimè in manus hominum veniunt, cū capite in fruticibus recondito sese latere totos existimant. Ita enim dum in capite (vt Tertulliani verbis yrar) securi sunt, nudi quā maiores sunt, toti cū capite ca- piuntur.*

I C O N E S.

In Boticis **I**n libro Notitiarum Orientis, & Occidentis, qui insignia diuersarum Romani Imperij Pro- vinciarum continent, animalia quædam pinguntur inter Arabia insignia, serpentes, Stru- thio, & Aquila, aut Phœnix. *a* Pausanias Arsinoæ, quam frater eius Ptolemaeus duxit, ima- ginem in Helicone videri scripsit, quæ illam à Struthione (στρυθώ) æneæ, gestari ostenderet. Et Julius Capitolinus Gordiani syluam memorabilem extare memorat, pictam in domo ro- strata Cnei Pompeij, in qua pictura etiamnum cōtineantur Struthiones Mauri miniati trecen- ti. Onagri triginta, &c. Sed ego, vt ante dixi, Phœnicopteros fuisse crediderim, cū miniatos Struthiones nullibi legerim. In argenteo Philippi numismate Struthiocamelus depictus quo- que cernitur, cū hac inscriptione: IVNO CONS. AVG. Erat autem Iunoni avis istæ sacra apud antiquos. Pennæ Struthiorum quoq; erant in nummo, cuius inscriptio erat TI.CAESAR DIVI AVGVSTI F. P. M. TR. POT. XXIII. In eo nummo pennæ Struthij, in quo- dam seruo firæ sunt, supra frontem figilli, cui subiecta est inscriptio IVSTITIA. nummum hunc Achillinius, & Alexander Calcinius Bononienses habuerunt.

Non omittam nobilissimam Castritorum familiam Lucensem, ex qua toto orbe celeberrimus ortus est Castrucus Castracanus rei militaris peritissimus, atq. Dux acerrimus pro insigni- bus Struthione vti. iam verò Familia hæc Monteuci, alias Montifregalis floret, camque non mediocriter illustrat F. Paulus Castrutius O. d. Praedicatorum sacræ Theologiae Doctor, Prior Conuentus Dominicani in hac nostra vrbe primū, dein Vicarius Generalis contra hereticā pravitatem, tandem Provincialis, mihi non solum familiariter notus, sed cui propter singula- tem humanitatem plurimum me debere fateor.

H I E R O G L Y P H I C A.

*a L. 1. bistro
glyph.
Viri iusti
typus.
Elemento-
rū concur-
dia typus.* **S**cribit *a* Orus Apollo Aegyptiorum sapientes, cū meum, qui ius æqualiter omnibus im- partiretur, significare vellet, Struthiocameli pennam pinxit, quoniam hoc animal præ- cætera pennas alarum vndique habeat æquales.

Si quis etiam Aegyptiorum more elementorum concordiam indicare voluerit, non imperi- tè picturam eam proponet, quam ipse rerum opifex per animantia id præ se ferentia, confide- randa proposuit, Lutram scilicet, vel eius loco vitulum marinum, Struthiocamelum, & hominem codem

¹⁰ codem vinculo colligatos. Lutra siquidem, & vitulus marinus media sunt animalia inter terrestria, & aquatica, vinculumque illud ostendunt, quo terra applicata sunt aquæ, sive que coercentur finibus: quæ diuina prouidentia, cum arenam terminum matis posuisse, leges etiam impo-
suit aquis, ne fines suos transgrederetur. Struthiocamelus autem ambiguus est, inter terrestria, & aeria; verè enim volucris non est, quæ nequaquam a terra, vt volucres, atcoli potest, pœnae autem, alia que ob id non a natura datae, vt cursum adiuuent, crura verò ut dictum bouilla pro-
penodum, vngulæque bisulcas habet. Denique inter elementa omnia, & cælum ipsum, homo
intermedius est constitutus. Ita per huiusmodi picturam tota ipsa rerum machina describitur.
Adhac genuina animalis stoliditas efficit, vt imago eius caput intra fructices abscondentes hie rogliphicum insipientæ haberetur, ut ipso qui auum sit maximus, si tamen collum tantum Stultitiae
fructus occultauerit, latere se totum existimet, cum reliqua magna admodum corporis moles symbolum,
in aperto relinquatur.

20

PROVERBIA.

A Fra, vel Lybica avis (*λυβικὸς ὄψεός*) refertur à Suida de prægrandibus quod ex eare. *Afra avis* gione deportetur aues immensi magnitudine. Horatius de prælauta usurpauit. Non quid *Hora* *Afra avis* (Meleagridem hic vel Numidicam Gallinam non Struthionem intellexerat), descendat in ventrem meum, Incandior quam lecta de pinguissemis Oliua ramis arborum. Nā Gallinas prægrandes olim mittebat Africa, quas eisdem Numidicas aues appellant, Acron videtur de Struthione sentire, quæ & ipsa avis mira mole corporis est. Adagium mea quidem sententia non ineptè quadrabit in hominem peregrino cultu notabilem, & Plautus alibi pœnam auem vocat ob manicas alarum instar vtrumq. peniles; Proverbium extat apud Aristophanē, *at in anibus*: Interpres indicat conuenire in barbaros ac meticulosos. Sunt enim homines prægrandes ferè timidores: hinc Terentius.

Hic nebula magnus est.

MEDICA.

G Alenus Struthiocameli ventriculum, similiter etiam & aliarum Avium cochleariorū ^{a Li. 2. Eu-} duorum mensura ex vino, si abſit febris, si adſit verdor, ex aqua, potum vētris proſluvio ^{poris} ^{c. 4.6} *Lapidum* mederi tradit. In Struthionis ventre inciso lapides inueniri, cosque deuoratos tem- ^{ne inueni o} cinam ſalutares esse author est b Aelianus apud quem Græcē legitur, εἴ τοι γάρ αὐτῷ τοι γάρ αὐτῷ. rum vis. ^{40 πωρὸν θεος αγαθὸς, υἱοὶ γάρ σου} coniunctio ſimilitudinem aliquam cum præcedentibus inſinuat, & rei b ^{Li. 14. de} ^{Anim. c. 7.} ipius natura πορῖσθε potius, quam πορῖς legendum dicitur, vt Ornithologus coniicit, vt lapides in ventriculo animalis omnia in concoquentis reperti, in homine etiam concoquendi vim pro- moveant. Nam & Kiranides quoque lapidem è ventriculo Struthionis, collo ſupenſum iuware coctionem ſcribit. Quia ratione etiam Echinus, ſive interior ventriculi Gallinarum membrana in cibo ſuupta, tanquam etiam illi vis concoquendi lapillos inſit, necnon & exteriores quo- rundam voracium animalium pellis forinfecus cum suis plumis, ac pilis applicata, vt Mergi, Cigni, Lupi ciborum coctionem confirmare existimantur. Quod caloris forſan eatum applica- tionē adauicto aſcribendum fuerit, non occultæ proprietati, cum ſimiliter alijs quoque calidis, arque calefacentibus impositis augeri coctio poſſit c Galenus tamen id de Struthiocameli vē- ^{c Li. 3. de} triculo falso credi putat. Contra R. Moſes ait corticem interioris Struthij ventris, quem cum ^{Alim. fac.} ventriculi membrana eundem eſſe arbitror, ſumptum conſerre ſtomachis, & calculū diſſol- vere: quam quoque vim alij interiori membranae ventriculi Gallinarum attribuunt. Auicēna carnem nham, hoc eft, Struthionis à quibusdam Medicis maximoper è laudari memorat, creditissæq; eſſe calidā, & pingue, appetentiam excitare, confirmare corpus, & laudabile eſſe, & coitū promouere, quando concoquitur: eſt n. difficultis admodum coctionis, & ſuperabundanti ſu- perfuitatis, & crassior, durior q. omnibus carnibus ab ſtatuitur, Camelitæ naturam referens. *Cato*. Et a Galenus non carnem tantum, ſed omnia etiā eius membra excrementoſa, coctuque diſſol- ^{d Lib. 3. de} cillima ſcribit: id eoq. iure merito nobis tanquā avis immunda à ſacris literis interdicta. Plinius ^{facult nat.} ſeuum Struthiocamelinum narrat cùm auctio regia per Catonem Vicensem fieret, leſtertijs ^{E lib. de ci-} LXXX. véniffe, efficacioris ad omnia vlus, quam fit ad ps Anferinus. Hunc eundem adi- ^{bisboni, &} pem P. Aegineta miſcit in emplastro diacinnabrios ad toſos, aliosq. tumores induratos, nec- ^{mali ſucci.} ſeum. ^{non}

Vrina.
Qua.

non etiam acopo ex vulpe in oleo decocta, item vnguento duodecimo ad arthriticos. Sunt qui puerorum impubium vrina ad solem vsta cum oui albumine illinant. Plinius efficaciorum Struthiocamelij vrinam ad eadem asserit. Hermolaus hac eadem vrina atramenti literas abicit, quasi verò prater Vespertilionem alia auis mingat. Struthiocamelij oua podagricis iunguntur & profunduntur Kiranide.

V S V S.

ET si Struthio carnes habeat tantoperè à Medicis interdictas, ut potè durissimas difficilimisq; concoctu, Struthiophagi tamen Arabiæ populi, ut antea recitavimus, ab huic auis eu nomē meruere, & Aethyopes Bellonius refert, captis à se Struthionibus vesceri: & Lampridius aut horū est, Heliogabalum Imper. Struthiones, & Camelos exhibuisse in cænis aliquoties, præcepisseq; Iudæis, ut ederent, & rufus, eundem sexcentorum Struthionum capitava nra cæna multis exhibuisse, ad edenda eorum cerebella. Ioannes Leon Aficanus Numinidas carne eoū vesci quidem tradit, sed iuuenculos capere, saginare, & fese vnā cum illi aliquoties palato suo haud ingratam epulatum fuisse. Galenus atque ex eo Paulus alas Struthionum cæterarum avium alis deteriores esse negant. Africanus coxas omnium deterrimas affirmit, viscidas scilicet, & foetidas. Quod si ergo quispiam Struthiones noctis ad mensa vsum perducere cupiat, carnis huius coquendī, condendi, rationem ab Apicio accipiat, qui de conditura eius hunc in modum scribit: Piper, mentam, cuminum, aſſum, ap̄y ſemen, dactylas velcarvatas, mel, acesum, paſſum, liquamen, & oleum modicē, & in cacabo bullant, amylo obligas, & sic per teſtes Struthionis in lance perfunder, & defuper piper asperges. Et auie conditūrā coquere volueris, alia addes. Capitonius author est, Firmum Seleucium Struthiocamelum, quo quidem nullū volucrē maius est, uno die comedisse: & aliás etiam Hyppopotatum, cuius adipe delibutus inter Crocodilos impunē nataverit, esitasse: quod certe insigne beluonis exemplum est. Oua Struthionum, quæ ab omnibus improbantur, ab Avicenna inter ficiora habita, Galeno deterrima, Tacuino crassa, & concoctu difficultia; si quis etiam vesci voluerit, vitellis tantum utatur, quos Aloysius Cadamustus, & Brasavolus non insuauiter fese comedisse narrant. Sed longè alium etiam vsum præstant, ut quæ, b Plinio teste, propter amplitudinem, ac capacitatem pro valis quibusdam habeantur. Garamantes, qui propter ſolum are nosum, ac exultum argilla, qua noſtra vasa conſtant, carent, potiora ſua vasa ex his ovis tranſuferunt confitent, neconon & pileos, ſeu capitis tegumenta, quibus plurimum ſibi applaudunt: Tanta ibi oruorū magnitudo est: Solent etiam oua in templis ſuſpēdi, quod quia duriflava ſunt, & humore exempto quafioſea reddantur. Pennarum Struthionum plurimus vſus ad conos bellicos, & galeas, pileosq; adornandos, tam apud veteres fuit (Plinio teste) quam iā nunc apud nos, apud quo sacerdotem increbuit, ut vel gregarius quisq; miles pileū eis exornet; ad quē ſenſum c Claudianus:

Firmi Seleucij vora
etias.

Quorū vſus

b L. 10. c. 2

Pennarum
vſus.

In sext.

Consul Ho
poni.

Vna dedi & gaudeſt meueni, & pollice monitras,

Quoſ pitturas galea Iunonia criftas

Ornet aures, vel quod rigidas vibrata per armos

Rubra ſub aurata crifpenſur ferica dorſo.

d Lib. 6. e. Itaq; d Polybium de Struthionis pennis loquuntur vſus omnino crediderim, vbi milites Romanos, manus corona pluma coronatos ſuffiſe olim tradiſt, penniſq; tribus puniceis aut nigris erectis longitudinis f. rē cubitalis. Talem item pennam marmorēam in caſtide ſtatua Pyrrhi Epiritarum Regis, & Mineruæ bellorum Deæ, Romæ in palatio Illustrissimorum Cæſiorum obſeruauit, quod ſanè nostram opinionem non parum conſirmat. Atque hinc etiam Struthionis typi militantes denotantur; nam in eorum ex equis inter alia ſuatum virtutum monumēta, caſtides hifce pennis perornatae portari ſolent. Non omiteam etiam περιποθης dictos vſus nonios celeres, ſeu curſores tabellarios, quod cū peregrē proficiſcerentur, pennas in capite gererent. Meminit illorum Iuuenalis:

Tanquam de Cattis aliquid toruſig Sicambris

Dicitur tanquam diuerſis partibus orbis

Anſa precipiti ventiſſet epistolæ penas.

Quas pennas ego etiam Struthiocamelorum vſus iudico, quemadmodum Aegyptiorum ſacerdotum, quos περιποθης quoque appellabant, cū in Aegypto haueſt non infrequentes ſint. Apud Turcas pennas Struthionum, & Manucodiatiq; nisi Ianuzeris (ita milites fortiffimos vocant) ferre licet, eisq; ſolis, qui in bello egregium quidpiam fortitudinis ſpecimē edidissent. Ex eisdem in nobilibus Italie urbibus, ac Bononiæ potiſſimum atq; Venetijs ſunt ventilabria, quibus nobiliores matronæ æſtivo tempore ventilum ſibi parant.




RVTHIO avis, quæ oculorū radijs foueat oua sua cū verbis: DIVERSA AB ALIIS NATVRA VALEMVS, significat eum, qui admirandum quodammodo artificium inuenit. Struthio eodem modo depletus, sed cū verbis LVX VITAM. Significat eum, qui vitam sese, & alimentum a radijs, & splendore oculorum mulieris, quam deperit, recipere ostendit. Nam Struthio mulierem, ouum hominē amantem significat.

Struthio deglutiens ferrum cum verbis: SPIRITVS DVRISSIMA CONCOQVIT. significat virum generosum posse tandem omnem grauem iniuriam eluere.

Struthio expandens alas, ad volatum tamen ineptus, cum verbis: NIL PENNA, SED VSVS significat hypocritarum proprietatem, quibus splendida foris est, ac turgens religio-
nis sanctimonias, verū præter simulationem nihil est pietatis, & si ultra scruteris, intus delite-
scunt mendacia, est enī Struthio plurimis in plumarum ostentatione, sed illis extollit nequic-
quam valet.

Struthio alis ad cursum leuatis in morem veli, cum verbis: SI SVRSVM NON EFFE-
ROR ALIS, CVRSV SALTEM PRAETER VEHOR OMNES. Virom denotare po-
terit, qui cùm ad metam, ad quam omne suum studium impendebat, pertinere nequiens, aliam
eamque non infimæ fortis obtineat.



STRVTHIOCAMELI SCELETI descriptio ex Ambrosio Pareo.

QVAM prodigiosa sit struthiocameli magnitudo, ex ossium eius magnitudine facile Caput. quius consequetur A. Caput igitur eius Gruis capite paulò crassius erat, palmi lōgi. Ceruix: tudine, à vertice ad rostrum v̄que planum, rostro fiso, ad medium v̄que oculi regio-
nem, in sui extremitate obrotundo. B. Ceruix tres pedes longa, septemdecim latebris coag-
mentata,

a L. 24.
cap. 22

mēta, quarum singulae singulis lateribus donatae sunt: apophysi transuersae deorum spactan.¹⁵
te pollicari longitudine, si primam, & secundam capiti promas exceptis, ut quæ his careant
Dorsum. ginglimo coniunctæ. C. Dorsum bipedali longitude septem vertebris connexum. D. Os sa-
Os sacra, crū bipedali est longitude, in cuius summo apophysis visitur trāsuera, cui magnum subiacet
foramen, & quod tria alia sequuntur, sed minora F.G.H. post quæ sequitur acetabulum, seu py-
xis, in quam caput ossis femoris excipitur, & conditum; id parte externa, & lateraliter profert os
perforatum, litera I notatum, perforatum, inquam, sui initio, mox enim vniatur, qua littera K,
subest. Inde bifurcatur, & in duo alia ossa funditur, quorum unum aliud maius est, minus lit-
tera L notatur, ambo qua littera M. affixa est vniuntur, singula semipedem, & quatuor digi-
tos longa. Cæterum ei patti, vnde primum bifurcati incipiunt, & ei inquam concursu factio-
vniuntur, medium interiacet foramen, quatuor digitos latum. Longius verò palmo, vt littera N. notatur, quod ossis illius restat, falcis vinitioræ instar habet, latum tres transuersos digi-
tos longum verò tres pollices. Ad extreum ubi littera O. subest, synchondrosi iungitur P.²⁰
Coccyx. coccyx nouem vertebris humanis similibus coagmentatur. Femoris ossa duo sunt, quorum
Femoris quod littera Q. notatur, pedali est longitude, crassitie verò, quæ equiui femoris crassitatem
ossa. æquat. Alterum ipsi subie etum (quod fortè os cruris, seu tibiae possit dicere) littera R. nota-
Tibia. tum, sesquipedem longum est, coniunctam habet fibulam, seu facile minus, eiusdem longitu-
Costa. dinis, sed quod tantum gracilescat, quantum deorsum procedit S. tibia est cui pes adharet,
Sternum. sesquipedem longa, in duas ad extreum vngulas fissa, maiorem unam, & minorem alteram,
Alæ. quorum singula tribus constant ossibus T. octo costæ sunt, quæ in sternum inseruntur, harum
tres mediae ossæ productionem habent vncio similem V. sternum est vncio osse bipedali cō-
stans, scutulatum clypeum representans. Huic aliud os iungitur, quod tribus primis costis su-
pertensum clanicularum loco est. X primum alæ os quod sesquipedale est. Y duo huic subie-
cta ossa extremam alam littera Z. notatam constituentia. Totum id animal osseum septem pe-
des longum est, toridemq; amplius à pedibus ad ostrum procedendo altum.³⁰

Sed antequam huic libro finem imponam, omissam per incuriam Vespertilionis seleti ico-
nem exhibere placuit.

